

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vetus Testamentum - Cod. St. Peter perg. 88 - 91

Vetus Testamentum - St. Peter perg. 91

[S.l.], [14. Jh.]

Ezechiel

[urn:nbn:de:bsz:31-28488](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-28488)

manducans senectas. **Explic**
plog. **Incipit ezechiel ppha.**

Factum est
in tricesimo
anno. in quic-
to. in quinta
mensis. cum
eem in me-
dio captiuo-

tum iuxta flumē chobar: ap-
ti sunt celi; et uidi uisiones
dei in quinta mensis. Ipse est an-
nus quintus transmigrationis
regis ioachim. Factum est u-
bum dñi ad ezechiel filium bu-
zi sacerdotem. in terra chaldeorū
iuxta flumē chobar: et facta
est sup eum ibi manus dñi. **A**-
uidi: ecce uentus turbinis
ueniebat ab aquilone. et nu-
bes magna et ignis inuoluent:
et splendor in circuitu eius: et
de medio eius quasi species e-
lectri. id est de medio ignis:
et in medio eius similitudo qu-
tuor animalium: et hic aspec-
tus eorum. Similitudo hominis
in eis. Quatuor facies uni. et
quatuor penne uni. et pedes eorum
pedes recti. et planta pedis eorum
quasi planta pedis uiculi.
et scintille quasi aspectus eius

candentis: et manus hominis
sub pennis eorum in quatuor par-
tibus. Et facies et penne per qu-
tuor partes habebant: uicere
que erant penne eorum alterius
ad alterum. Non reuertebantur
cum incederent: sed unum quodque
ante faciem suam gradiebat.
Similitudo autem uultus eorum:
facies hominis et facies leonis
a dextris ipsorum quatuor; faci-
es autem uouis a sinistris ipsorum
quatuor: et facies aquile de
sup ipsorum quatuor. Et facies
eorum et penne eorum exire de
sup. Due penne singulorum
iungebantur: et due tenebant
corpora eorum: et unum quodque
coram facie sua ambulabat.
Vbi erat impetus spiritus illuc gra-
diebantur: nec reuertebantur
cum ambularent. Et similitu-
do animalium: aspectus eorum
quasi carbonum ignis arden-
tium; et quasi aspectus lam-
padarum. Hec erat discurrens
uisio in medio animalium:
splendor ignis. et de igne ful-
gur egrediens. Et animalia i-
bant. et reuertebantur in simi-
litudine fulguris choruscanti-
tis. Cumque aspicerem animalia:

apparuit rota una sup tram.
iuxta animalia habens q̄tuor
facies. Et aspectus rotarū et opus
earū: quasi uisio maris. Et una
similitudo ip̄arū q̄tuorū: et aspec-
tus earū. et opa quasi sic rota in
medio rote. Per quatuor par-
tes earū euntes ibant: et nō re-
uēbantur cū ambularet. Sta-
tura quoq; erat rotis et alitudo
et horribilis aspectus: et rotū cor-
pus pleniū oculis in circuitu ip-
sarū quatuor. Cumq; ambula-
rent animalia. ambulabant
parit̄ et rote iuxta ea: et cū ele-
uarentur animalia de trā. ele-
uabantur simul et rote. Quocū-
q; ibat sp̄s: illuc eunte sp̄ū et ro-
te parit̄ leuabant. sequentes
eum. Sp̄s enī uite erat in rotis.
Cū euntib; ibant. et cum stan-
tib; stabant. et cū eleuatis a ter-
ra parit̄ eleuabant. et rote se-
quentes ea: quia sp̄s uite erat
in rotis. Et similitudo sup ca-
pita animalū firmam̄ta. qua-
si aspectus cristalli. horribilis
et extenti sup capita eorū desup.
sub firmam̄to autē penne eorū
recte altius ad alterū. Unum
q̄d̄q; duab; alis uelabat corp̄
suū: et alterū similit̄ uelabat.

Et audiebam sonū alarū. qua-
si sonū aquarū multarū: quasi
sonū sublimis dei. Cumambu-
larent. quasi sonus erat mlti-
tudinis: ut sonitus castroꝝ.
Cumq; starent: dimittebant
pennas eorū. Nam cū fieret uox
supra firmam̄tū. q̄d̄ erat sup
caput eorū: stabant et submitte-
bant alas suas. Et sup firma-
m̄tū q̄d̄ erat iminens capiti e-
orū. quasi aspectus lapidis sa-
phiri. similitudo throni: et sup
similitudine throni similitu-
do quasi aspectus hominis
desup. Et uidi quasi speciem
electri. uelut aspectum ignis
intrinsicus eius p̄ circuitū.
a lumbis eius et desup: et a
lumbis eius usq; deorsum ui-
di quasi speciem ignis splen-
dentis in circuitu: uelut as-
pectum altus. cum fuerit in
nube in die pluuie. Hic erat
aspectus splendoris p̄ guttur.
Et uisio similitu-
dinis glorie dñi. Uidi:
et cecidi in faciem meā. Et au-
diui uocem loquentis: et dix-
it ad me. Fili hominis. sta su-
per pedes tuos: et loquar tecū.
Et ingressus est in me spiritus

postquā locutus est michi: et
statuit me sup pedes meos. **A**
audiui loquentē ad me et dice-
tem. **F**ili hominis; mitto ego
te ad filios isrl': ad gentes a-
postatitices. que recesserunt a
me. **P**atres eoz p̄uacati sūt
pactum meū usq; ad diē hanc:
et filij dura facie et indomabi-
li corde. sunt ad quos ego mit-
to te: et dices ad eos. **H**ec dicit
dn̄s d̄s. si forte uel ip̄i audiat.
et si forte quiescant qm̄ domus
exaspans est: et sciens quia p̄-
pheta fuerit in medio eoz. **T**u
ergo fili hominis ne timeas e-
os. neq; sermones eoz metu-
as: qm̄ increduli et subūsores
sunt tecum; et cum scorpionu-
bz habitas. **V**erba eoz ne time-
as. et uultus eoz ne formides:
quia domus exaspans est. **L**o-
queris ergo ūba mea ad eos.
si forte audiant et quiescant:
qm̄ irritatores sunt. **T**u autē
fili hominis audi q̄cunq; loquor
ad te: et noli eē exaspans. sic
domus exasperata est. **A**peri
os tuū: et comede quecunq;
ego do tibi. **E**t uidi; et ecce ma-
nus missa ad me. in qua erat
iuolutus liber: et expandit

illum coram me: qui erat sc̄p-
tus intus et foris; et scripte e-
rant in eo lamentationes. et car-
men. et uerba. **E**t dixit ad me. **F**ili
hominis: q̄d cunq; inuene-
ris comede. **C**omede uolumē il-
lud: et uadens loquere ad fili-
os isrl'. **E**t aperui os meū: et
cibauit me uolumine illo. **E**t
dixit ad me. **F**ili hominis uenit
tuus comeder: et uiscera tua cō-
plebunt uolumine isto. q̄d e-
go do tibi. **E**t comedi illud: et
factū est in ore meo sicut mel
dulce. **E**t dixit ad me. **F**ili ho-
minis uade et ingrede ad do-
mū isrl': et loqueris ūba mea.
ad eos. **N**on enī ad pplm̄ pro-
fundi sermonis. et ignote lin-
gue tu mitteris ad domū isrl':
neq; ad populos multos pro-
fundi sermonis et ignote lin-
gue. quoz nō possis audire ser-
mones. **E**t si ad illos mittere-
ris. ip̄i audient te: domus autē
isrl' nō uult audire te: quia nō
lunt audire me. **O**m̄is quip-
pe domus isrl' atrita fronte ē:
et duro corde. **E**t dedit facie tuā
ualentiozem facieb; eoz: et
frontē tuam ductiozē frontib;
eoz. **V**t adamantē et uosilicē

dedi faciem tuam. **N**e timeas eos neq; metuas a facie eorū: quia domus exaspans est. **E**t dixit ad me. **F**ili hominis: om̄s sermones meos quos loquor ad te. assume in corde tuo. et auribus tuis audi; et uade ingredē ad t̄smigrationē ad filios populi tui: et loqueris ad eos dicens. hec dicit dñs d̄s; si forte audiant. et quiescant. **E**t assumpsit me sp̄s: et audiui post me uocem cōmotionis magne. benedicta gl̄a dñi de loco suo; et uocem alarū animalū p̄tentiū altā ad altā: et uocem rotarū sequentiū animalia; et uocem cōmotionis magne. **S**p̄s quoq; eleuauit me. et assumpsit me: et ab̄i amar̄ in indignatione sp̄s mei. manus enī dñi erāt meā confortans me: et ueni ad t̄smigrationē. ad aceruū nouarū frugum. ad eos qui habitabant iuxta flum̄ chobar: et sedi ubi illi sedebant; et mansi ibi septem dieb; merens in medio eorū. **C**um autē p̄transisset septem dies: factum est ūbū dñi ad me dicens. **F**ili hominis; speculatore dedit te domui isrl̄:

et audies de ore meo ūbum eis **et annūciabis** ex me. **S**i dicente me ad impiū morte morieris. nō annūciaueris ei. neq; locutus fueris. ut auitatur a uia sua mala et uiuat: ip̄e impius in iniquitate sua morietur; sanguinē autē eius de manu tua requiram. **S**i autē tu annūciaueris impio. et ille nō fuerit iustus ab impietate sua. et a uia sua impia: ip̄e quidē in iniquitate sua morietur: tu autē aiām tuam liberasti. **S**i et si conuſus iustus a iusticia sua fecerit iniquitatē: p̄nā offendiculū coram eo. **I**p̄e morietur. quia nō annūciasti ei: in peccato suo morietur. et nō erunt in memoria iusticie ei⁹ quas fecit; sanguinē uō eius de manu tua requiram. **S**i autē tu annūciaueris iusto ut nō peccet iustus. et ille nō peccauerit: uiuens uiuet. quia annūciasti ei; et tu animā tuam liberasti. **E**t facta ē sup me manus dñi: et dixit ad me. **S**urgens egredere i campum: et ibi loquar tecum. **E**t surgens egressus sum i campum: et ecce ibi gl̄a dñi sta

et annūciabis

numm f
0106

bat. quasi gloria quā uidi
iuxta flumē chobar. **E**cceidi
in faciem meam. **E**t ingres-
sus est in me sp̄s: et statuit me
sup pedes meos. et locutus est
michi; et dixit ad me. Ingredere
et includere in medio domus
tue. **E**t tu fili hoīs ecce data
sunt sup te uincula: et liga-
bunt te in eis. et nō egredie-
ris in medio eorū; et linguā
tuam adherescere faciam pa-
lato tuo: et eris mutus nec
quasi uir oburgans; quia
domus exaspans est. **C**ū autē
locutus fuero tibi. apiam os
tuū: et dices ad eos. **H**ec di-
xit dñs d̄s. **Q**ui audit audiat.
et qui quiescat quiescat: quia
domus exaspans est. **III.**

Et tu fili hominis. sume
tibi laterem; et pones e-
um coram te. et describes i eo
ciuitatē ierlm̄: et ordinabis
adūsum eam obsidionē; et e-
dificabis munitiones et cō-
portabis aggerem: et dabis
iuxta eam castra. et pones arie-
tes in gyro. **E**t tu sume tibi
sarraginē ferream. et pones
eam murū ferreū iuxta te. et iuxta
ciuitatē: et obsidionabis faciē

Et tuam ad eam. et eris in obsidi-
onem; et circumdabis eam. **S**ig-
nū est domui isrl̄. **E**t tu dormi-
es sup latus tuū sinistrū: et
pones iniquitates domus isrl̄
sup eo. numero dierū quibz
dormies sup illud; et assumes
iniquitatem eorū. **E**go autē
dedi tibi annos iniquitatis e-
orū. numero dierū trecentos et
nonaginta dies: et portabis
iniquitatē domus isrl̄. **E**t cū
compleueris hec: dormies sup
latus tuū dextrum secundo;
et assumes iniquitatē domus
iuda. quadraginta diebz. **D**iem
pro anno: diem in quā p̄ an-
no dedi tibi. **E**t ad obsidionē
ierlm̄ conuertes faciem tuam.
et brachiū tuū erit exercitum: et
p̄phetabis adūsus eam. **E**cce
circumdedi te uinculis: et nō te
conuertes a latere tuo in latus
aliud. donec compleas dies
obsidionis tue. **E**t tu sume tibi
frumētū et ordeum. et fabam.
et lentem. et miluū. et uiciam.
et mitte ea in uas unū: et fa-
cies tibi panes numero dierū
quibz dormies sup latus tuū.
Trecentis et nonaginta diebz
comedes illud. **C**ibus autē

tuus quo uesceris . erit in pon-
 dere . uiginti stateres in die . **A**
 tempe usq; ad tempus comedes il-
 lud . **E**t aqua in mensura bibet :
 sextam partem huius . **A** tempe us-
 q; ad tempus bibes illud . **E**t
 quasi subcinerium ordeaceum
 comedes illud : et stercore qd e-
 gredietur de homine opies illis
 in oculis eorum . **E**t dixit dñs . **S**ic
 comedent filij isrl' panem suum
 pollutum . in gentes ad quas ei-
 nam eos . **E**t dixit . **A** . **a** . **a** . dñe
 dñs ; ecce anima mea nō est pol-
 luta . et morticinum et laceratum a
 vestis nō comedi ab infanzia
 mea usq; nūc : et nō est ingres-
 sa in os meum omnis caro imū-
 da . **E**t dixit ad me . **E**cce dedi
 tibi fimum bouum p stercorebus
 humanis : et facies panem tuum
 in eo . **E**t dixit ad me . **F**ili hominis :
 ecce ego conteram baculum pa-
 nis in ierlm : et comedent panem
 in pondere et in sollicitudine .
 et aqua in mensura et in angus-
 tia bibent ; ut deficientibus pa-
 ne et aqua corruat unusquisq;
 ad fratrem suum . et stabescant
 in iniquitatibus suis .

Et tu fili hominis sume
 tibi gladium acutum raden-

tem pilos : assumes eum . et du-
 ces p caput tuum et barbā tuam .
Et assumes tibi staterā ponde-
 ris : et diuides eos . **T**ertiam par-
 tem igni combures in medio ci-
 uitatis . iuxta completionē di-
 erum obsidionis : et assumes ter-
 tiam partem . et concides gladio
 in circuitu eius ; tertiam uero ali-
 am disperges in uentum : et gla-
 dium nudabo post eos . **E**t su-
 mes inde partium numerum . et
 ligabis eos in summitate pallij
 tui : et ex eis rursum tolles . et
 proicies in medium ignis . et com-
 bures eos igni ; et ex eo egre-
 ditur ignis in omnem domum isrl' .
Hec dicit dñs dñs . **I**sta est ieru-
 salem . **I**n medio gentium posui
 eam . et in circuitu eius terras ;
 et contempsit iudicia mea . ut
 plus eēt impia quā gentes :
 et pcepta mea ultra quā terre
 que in circuitu eius sunt . **J**udi-
 cia enim mea preterunt : et in
 pceptis meis nō ambulau-
 erunt . **I**ta dicit dñs dñs .
Quia superastis gentes . que in
 circuitu uero sunt . in pceptis
 meis nō ambulastis . et iudi-
 cia mea nō feastis . **E**t iuxta iu-
 dicia gentium que in circuitu

Euero sunt non estis operati: idcirco
hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te:
et ipse ego faciam in medio tui
iudicia in oculis gentium; et fa-
ciam in te que non feci. et quibus
similia ultra non faciam. propter
omnes abominaciones tuas. Ideo
patres comedent filios in me-
dio tui. et filii comedent pres-
suos; et faciam in te iudicia.
et uentilabo uniuersas reliqui-
as tuas in omnem uentum. Idcirco
uiuo ego dicit dominus deus: nisi
pro eo quod sanctum meum uiolasti o-
terlim in omnibus offensionibus
tuis. et in omnibus abomina-
tionibus tuis; ego quoque infrin-
gam. et non parces oculis meis.
et non miserebor. Tertia pars
tui peste morietur. et fame con-
sumetur in medio tui: et tertia
pars tui gladio cades in circui-
tu tuo; et tertia uero partem tuam
in omnem uentum dispergam: et
gladium euaginabo post eos. et
compleam furorem meum. et re-
quiescere faciam indignationem
meam in eis. et consolabor; et sci-
ent quia ego dominus locutus sum in
zelo meo. cum impleuero indigna-
tionem meam in eis. Et dabote
in desertum et in opprobrium in

gentibus que in circuitu tuo sunt
in conspectu omnis pretereuntis;
et eris opprobrium et blasphemiam
a exemplum. et stupor in genti-
bus que in circuitu tuo sunt:
cum fecero in te iudicia in fu-
rore et in indignatione et in
inceptionibus ire. ego dominus
locutus sum: quando misero sa-
gittas famis pessimas que
erunt pestifere mortifere. et
quas mittam ut disperdam
uos. Et famem congregabo su-
per uos: et iteram uobis ba-
culum panis; et imittam in
uos famem. et bestias pessimas
usque ad intinacionem: et pestilen-
tia et sanguis transibunt pro te:
et gladium inducam super te.
Ego dominus locutus sum. **VI.**
Et factus est sermo domini
ad me dicens. filii homi-
nis; pone faciem tuam ad
montes israhel: et prophetabis ad
eos et dices. Montes israhel: au-
dite uerbum domini dei. hec dicit
dominus deus. montibus et collibus:
rupibus et uallibus. Ecce ego in-
ducam super uos gladium; et
disperdam excelsa uestra. et de-
moueat aras uestras: et infrin-
gentur simulachra uestra. Et

dei iam infectos uos ante
 idola uia: et dabo cadauera fili
 or isrl' ante faciem simulachro
 y uoꝝ; et dispugam ossa uia ar
 cu aras uias in omnib; habi
 tationib; uis. **U**rbes deserere
 runt: et excelsa demolient: et
 dissipabunt: et interibunt a
 re uie et fringentur: et cessa
 bunt idola uia. et iterentur de
 lubrica uia; et delebunt opera
 uia. et cades infectus i medio
 uia: et scietis quia ego dñs. **E**t
 relinqua in uobis eos qui fu
 gerint gladium in gentib;: cu
 dispersero uos in tris; et recoꝝ
 dabuntur mei liberati uia in
 gentib; ad quas captiui duc
 ti sunt: quia intri cor eoru
 fornicans et recedens a me. **E**t
 oculos eoz fornicantes positi
 idola sua; et displicebunt sibi
 met sup malis que fecerant i
 uniuersis abominationib;
 suis: et scient quia ego dñs no
 frustra locutus sum. **u**e facere
 eis malu hoc. **H**ec dicit dñs de
 us. **P**oute manu tuam et al
 lide pedem tuu: et dic heu ad
 omis abominaciones maloꝝ
 domus isrl'. qui gladio. fame.
 peste ruituri sunt. **Q**ui lon

ge est. peste moriet; qui aute
 ppe. gladio corruet: et qui relic
 tus fuerit et obsessus. fame
 morietur. **E**t copleam idigna
 tionem meam in eis: et scietis
 quia ego dñs. cu fuerint in
 facti uestri in medio idoloꝝ ues
 troꝝ. in circuitu arax uiaꝝ.
 in omni colle excello. et i cunc
 tis summitatib; montiu. **E**t sub
 tus omne lignu nemorosu.
 et subtus uniuersam quercu
 frondosam: locum ubi accen
 derunt tura redolentia uniu
 sis idolis suis. **E**t extendam
 manu meam sup eos: et fa
 ciam tram desolatam. **E**t desti
 tutam a deserto de blatha: in
 omnib; habitationib; eoz;
 et scient quia ego dñs. **VII**

Et factus est sermo dñi
 ad me dicens. **E**t tu fili
 hominis: hec dicit dñs deus
 terre isrl'. **F**inis uenit finis ue
 nit sup quatuor plagas tre.
 nuc finis sup te. **E**t emitta
 furorem meum in te: et iudi
 cabo te iuxta uias tuas. **E**t po
 nam contra te omis abomina
 tiones tuas; et no parce oai
 lus meus sup te et no misere
 bor: s; uias tuas ponā sup te.

Et abominaciones tue in me-
dio tui erunt; et scietis quia
ego dñs. **H**ec dicit dñs dñs. af-
flictio una. afflictio ecce uenit;
finis uenit: uenit finis; et
uigilaui ad uisum te: ecce ue-
nit; uenit iractio sup te qui
habitas in tra: uenit tempus;
ppe est dies occisionis: et non
glorie montium. **N**unc de ppi-
quo effundam iram meam sup
te. et copleam furorem meum
in te: et iudicabo te iuxta uias
tuas. et imponam tibi omnia
scelera tua; et non parceret oculus
meus neque miserebor: sed uias
tuas imponam tibi. et abomi-
naciones tue in medio tue e-
runt; et scietis quia ego sum
dñs percussor. **E**cce dies ecce
uenit; egressa est iractio.
floruit uirga; gminauit sup-
bia: iniquitas surrexit iur-
ga impietatis. non ex eis. et non
ex populo. neque ex sonitu eorum;
et non erit requies in eis. **V**e-
nit tempus: appropinquauit
dies. **Q**ui emit non letetur: et
qui uendit non lugeat: quia
ira sup omnem populum eius; quia
qui uendit. ad id quod uendidit
non reuertetur: et adhuc in ui-

uentibus uita eorum. **V**isio enim ad
omnem multitudinem eius non
regredietur: eorum in iniqui-
tate uite sue non confortabitur.
Canite tuba; sparent omnes:
et non est qui uadat ad plium.
Ira enim mea sup uniuersum po-
pulum eius. **G**ladius foris:
pestis et fames intrinsecus.
Qui in agro est gladio mori-
etur: et qui in ciuitate pesti-
lencia et fame deuorabuntur;
et saluabuntur qui fugerint ex
eis: et erunt in montibus qua-
si columbe iualium. **O**mnis
trepidus. unusquisque in iniqui-
tate sua. **O**mnis manus dissol-
uentur: et omnia genua flu-
ent aquis. **E**t accingens se a-
liquis. et opiet eos formido:
et in omni facie confusio. et in
uniuersis capitibus eorum calui-
cium. **A**rgentum eorum foris pro-
icietur: et aurum eorum in ster-
quilinum erit. **A**rgentum eorum. et
aurum eorum non ualebit liba-
re eos in die furoris dñi. **A**ni-
mam suam non saturabunt.
et uentres eorum non implebun-
tur: quia scandalum iniquita-
tis eorum factum est: et ornam-
tum moniliu suorum in supbia

posuerunt; et imagines abominacionū suar. et simulachro-
 tū fecerunt ex eo. **Prop̄ hoc** de-
 di eis illud in imundicia: et da-
 to illud in manus alienorū ad-
 ducendū. et in ^{p̄}ys terre
 in p̄dam; et cōta-^{minabūt}
 illud. **Et** autam faciem meam
 ab eis. et uolabunt archanū
 meū: et introibunt in illud e-
 missarij. et ^{staminabunt} illud.
Fac occlusionem: quoniam terra ple-
 na est iudicio sanguinū; et ci-
 uitas plena iniquitate. **Et** ad-
 ducam pessimos de gentibz; et pos-
 sidebunt domos eorū: et quiesce-
 faciam supbiam potentū; et
 possidebunt scūaria eorū. **Ang-**
 gustia supueniente requirent
 pacem. et nō erit. **Conturbatō**
 sup ^{sturbationē} ueniet: et au-
 ditus sup auditū. **Et** querent
 uisionē de p̄pheta: et lex p̄bit
 a sacerdote; et cōsilium a senio-
 ribz. **Rex** lugebit. et principes
 induent merore: et manus po-
 puli terre ^{sturbabunt}. **Scdm**
 uiam eorū faciam eis. et scdm
 iudiciū eorū iudicabo eos: et sci-
 ent quia ego dñs. **VII**

Et factum est in anno sex-
 to. in sexto m̄se. in quin-

ta mensis: ego sedebā in domo
 mea. et senes iuda sedebāt
 coram me: et cecidit super
 me ibi manus dñi dei. **Et** uidi:
 et ecce similitudo quasi aspec-
 tus ignis. **Ab** aspectu lumborū
 eius et deorsum ignis: et a lū-
 bis eius et sursum. quasi aspec-
 tus splendoris; uo uisio electi.
Et emissa similitudo manus
 apprehendit me in cingulo capi-
 tis mei: et eleuauit me sp̄c̄ in c̄-
 celum et terram. **Et** adduxit me i-
 ierlm̄. in uisione dei. iuxta os-
 tium intus quō respiciebas ad
 aquilonē; ubi statutū erat i-
 dolum zeli ad puocandam e-
 mulationē. **Et** ecce ibi gloria di-
 isrl̄: scdm uisionē quam ui-
 deram in campo. **Et** dixit ad
 me. **Fili** hominis: leua oculos
 tuos ad uiam aquilonis. **Et**
 leuaui oculos meos ad uiam
 aquilonis: et ecce ab aquilo-
 ne porte altaris idolum zeli i-
 ip̄o introitu. **Et** dixit ad me.
Fili hominis: putas ne uides
 tu quid isti faciant; abomi-
 nationes magnas quas do-
 mus isrl̄ facit hic: ut p̄cul te-
 cedam a scūario meo: **Et** ad-
 huc iūsus uidebis abomina-

Et introduxit me ad ostium atrij. **F**ui di; et ecce foram unū in pariete. **E**t dixit ad me. **F**ili hominis: fode parietē. **E**t cū pfodissem parietē: apparuit ostium unum. **E**t dixit ad me. **I**ngredere: et uide abominaciones pessimas quas isti faciunt hic. **E**t ingressus uidi: et ecce omnis similitudo reptiliū et animalū abominatio; et uniuersa idola domus isrl' depicta erant in pariete i circuitu p totum: et septuaginta uiri de senioribz domus isrl': et reomas filius saphan stabat in medio eoz stantiū ante picturas: et unusquisqz habebat turbulū i manu sua; et uapor nebulę de ture surgēbat. **E**t dixit dñs ad me. **C**erte uides fili hominis: que seniores domus isrl' faciunt in tenebris; unusquisqz in abscondito cubilis sui. **D**icunt enī. **N**on uidet dñs nos: dereliquit dñs terram. **E**t dixit ad me. **A**dhuc uidebis ius abominaciones maiores: q̄s isti faciunt. **E**t introduxit me postium porte domus dñi.

qđ respiciebat ad aquilonem; et ecce ibi mulieres sedebant plangentēs ad orientem. **E**t dixit ad me. **C**erte uidisti fili hominis. **A**dhuc ius uidebis abominaciones maiores his. **E**t introduxit me in atrium domus dñi intetius: et ecce in ostio templi dñi. int uestibulū et altare quasi uiginti quinque uiri dorsa habentes contē templū dñi. et facies ad orientē: et adorabant ad ortum solis. **E**t dixit ad me. **C**erte uidisti fili hominis. **N**unquid leue est hoc domui iuda; ut facerent abominaciones istas quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate. **I**uerſi sunt ad irritandū me. **E**t ecce applicauerunt ramum ad nares suas. **E**rgo et ego faciam in furore: non parceat oculus meus nec miserebor; et cū clamauerint ad aures meas uoce magna. **N**ō exaudiam eos. **IX**

Et clamauit in auribz meis uoce magna dicens. **A**ppropinquerunt uisitaciones urbis: et unusquisqz uas inefectionis habet

in manu sua. Et ecce sex uiri
 ueniebant de uia porte superioris.
 que respicit ad aquilonem: et
 uniuscuiusque uas intus in
 manu eius; uir quoque unus
 in medio eorum uestitus lineis:
 et attramentarium scriptoris ad re-
 nes eius. Et ingressi sunt. et ste-
 terunt iuxta altare eruum: et
 gloria domini israel assumpta est de
 cherub. que erat super eum ac
 limen domus; et uocauit uirum
 qui indutus erat lineis. et ac-
 tramentarium scriptoris habebat
 in lumbis suis: et dixit dominus
 ad eum. Transi per mediam ci-
 uitatem in medio ierusalem: et sig-
 na thau super frontes uirorum ge-
 mentium. et tolerantium super cunctis
 abominationibus que sunt
 in medio eius. Et illis dixit
 audiente me. Transite per ciui-
 tatem sequentes eum: et percute.
 Non parcat oculus uester: neque
 misereamini. Senem. adole-
 centulum. et uirginem. paruulum.
 et mulieres interficite usque ad
 infanciam: omnem autem super
 quem uideritis thau. ne occida-
 tis. Et a sanctuario meo inci-
 pite. Cepundo ergo a uiris seni-
 oribus: qui erant ante faciem

domus. Et dixit ad eos. Conta-
 minate domum: et implete atri-
 a interfectis. Egredimini. Et
 egressi sunt: et percutebant eos
 qui erant in ciuitate. Et cetera
 completa remansi ego. cuiusque
 super faciem meam: et clamans
 ait. Heu. heu. heu. domine deus;
 ergo ne despicias omnes reliqui-
 as israel: effundens furorem tu-
 um super ierusalem. Et dixit ad me.
 Iniquitas domus israel et uide
 magna est nimis ualde: et re-
 pleta est terra sanguinibus; et ci-
 uitas repleta est uisione. Dixit
 et tunc enim. Dereliquit dominus ter-
 ram: et dominus non uidebit. Igitur
 et meus non parcat oculus: ne-
 que miserebor. Vias eorum super ca-
 put eorum reddam. Et ecce uir
 qui indutus erat lineis. qui
 habebat attramentarium in dor-
 so suo: respondit uerbum dicens.

Et sic ut precepisti mi-
 hi. Et uidi: et ecce in fir-
 mamento quod erat super caput che-
 rubim. quasi lapis saphirus:
 quasi species similitudinis
 solis apparuit super ea; et dixit
 ad uirum qui indutus erat
 lineis et ait. Ingredere in me-
 dio rotarum que sunt sub tuis

no autem ergo autem in uis

E
cherubim: et imple manū tu
am prunis ignis. que sunt in
ter cherubim. et effunde supra
uitatē. Ingressus q̄ est in con
spectu meo. Cherubim autē sta
bant a dextris domus cū ingre
deretur uir: et nubes impleuit
atriū interius. Et eleuata est
gloria dñi desup cherubim ad
umen domus: et repleta ē do
mus nube. et atriū repletum
est splendore glorie domini; et
sonitus alarum cherubim au
diebat̄ usq; ad atrium exten?
quasi uox dei omnipotentis
loquentis. Cumq; p̄cepisset
uir qui indutus erat lineis
dicens. sume ignem de medio
rotarū que sunt int̄ cherubim:
ingressus ille stetit iuxta rotā.
Et extendit cherub manū de
medio cherubim ad ignē. qui
erat int̄ cherubim: et sup̄ sic et
dedit in manu eius qui indu
tus erat lineis. Et apparuit
in cherubim similitudo manū
hominis. subtus pennas eoz.
Et uidi; et ecce quatuor rote
iuxta cherubim: rota una iux
ta cherub unū; et rota alia
iuxta cherub unū. Species at̄
erat rotarū. quasi uisio lapidis

¶ Qui accipiens egressus est.

chrisoliti: et aspectus earū. si
militudo una quatuor quasi
sit rota in medio rote. Cumq;
ambularent in quatuor par
tes gradiebant̄. Non reuerre
bantur ambulantes: s; ad
locum ad quē ire declinabat
que prima erat. sequebant̄ et
ceterę; nec r̄tebant̄. ¶ Omne
corpus earū. et colla. et manus.
et penne. et cutuli. plena erāt
oculis in circuitu quatuor ro
tarum. Et rotas istas uocauit
uolubiles audiente me. Qu
tuor autē facies habebat unū.
Facies una. facies cherub: et
facies scōa. facies hominis;
et in t̄tio facies leonis: et in
quarto facies aquile. Et ele
uata sunt cherubim. Ipsum
est animal. qd̄ uiderā iuxta
flumē chobar. Cumq; ambu
larent cherubim. ibant̄ pari
ter et rote iuxta ea: et cū ele
uarent cherubim alas suā.
ut exaltarent̄ a t̄ra. nō reside
bant rote; s; et ip̄e iuxta erāt.
Stantib; illis stabant: et cū e
leuatis eleuabantur. Sp̄e
nim uite erat in eis. Et egres
sa est gloria dñi a limine tē
pli: et stetit sup cherubim. ¶

eleuancia cherubim alas suas
exaltata sunt a terra coram me:
et illis egredientibus: totae quoque
subsecute sunt: et steterunt in intro-
itu porte domus domini orientalis;
et gloria domini israel erat super ea. Ip-
sum est animal quod uidi subter-
teum israel: iuxta fluum chobar:
et intellexi quia cherubim erant
quatuor; quatuor uultus u-
ni. et quatuor ale uni: et simi-
litudinis manus hominis sicut alae e-
orum; et similitudo uultuum eorum.
Ipsi uultus quos uideram iuxta
flum chobar: et intuitus eorum
et impetus singulorum ante fa-
ciem suam ingredi. **IX.**

Et eleuauit me spiritus: et in-
troduxit me ad portam
domus domini orientalem. que
respicit solis ortum; et ecce in
introtu porte uiginti quinque
uiri: et uidi in medio eorum the-
zoniam filium azur. et felthiam
filium banai principes populi.
Dixitque ad me. Fili hominis:
hi uiri qui cogitant iniquita-
tem; et tractant consilium pes-
simum in urbe ista dicentes. Non
ne dudum edificate sunt domus?
Hec est lebes: nos autem car-
nes. Idcirco uaticinare de eis:

uaticinare filii hominis. **E**cce u-
it in me spiritus domini: et dixit ad me.
Loquere. **H**ec dicit dominus. Sic lo-
cuti estis domus israel: et cogi-
tationes cordis uestri ego noui.
Plurimos occidistis in urbe
hac: et implestis uias eius in-
terfectis. **P**ropterea hec dicit do-
minus. Interfecti uestri quos posu-
istis in medio eius. hi sunt car-
nes: et hec est lebes. **E**t educa-
uos de medio eius. **G**ladium
metuistis. et gladium indu-
cam super uos. ait dominus deus: et
eiciam uos de medio eius. da-
boque uos in manus hostium;
et faciam in uobis iudicia. **G**la-
dio cadetis; in finibus israel iudi-
cabo uos: et scietis quia ego
dominus. **H**ec non erit uobis in le-
betem: et uos non eritis in me-
dio eius in carnes. **I**n finibus
israel iudicabo uos. et scietis
quia ego dominus: quia in precep-
tis meis non ambulastis. et
iudicia mea non fecistis; sed
iuxta iudicia gentium que
in circuitu uestro sunt estis ope-
rati. **E**t factum est cum propheta-
rem: felthias filius banai
mortuus est. **E**t cecidi in fa-
ciem meam clamans uoce

magna et dixi. **H**eu. heu. heu.
dñe dñs; cōsumationē tu facis
reliquiarū isrl'. **E**t factum est
v̄bum dñi ad me dicens. **F**ili
hominis: fratres tui. fratres
tui uiri p̄p̄inqui tui. et om̄is
domus isrl'. uniuersi quibz
dixerunt habitatores ierlm'.
longe recedite a dño; nobis
data est t̄ra in possessionem.
Propt̄ea hec dicit dñs deus.
Quia longe feci eos in gentibz.
et quia dispersi eos in terras.
ero eis in s̄cificationem modi-
cam in t̄ris ad quas uenerūt.
Propt̄ea loquere. **H**ec dicit dñs.
Congregabo uos de p̄p̄lis.
et adunabo de terris in quibz
disp̄si estis: dabo qz uobis hu-
mum isrl'. **E**t ingredientur
illuc: et auferent om̄s offensio-
nes. cunctas qz abominatio-
nes eius de illa. **E**t dabo eis
cor unū: et sp̄m nouū tabu-
am in uisceribz eoz. **E**t aufe-
ram cor lapideū de carne eoz
et dabo eis cor carneū: ut in
p̄ceptis meis ambulent; et
iudicia mea custodiant. faci-
ant qz ea: et sint michi in po-
pulum. et ego sim eis in deū.
Quoz aūc cor post offendi

Ecula et abominaciones suas
ambulat: hoz uiam in capite
suo ponam dicit dñs dñs. **E**t
leuauerunt cherubim alas su-
as et rote cum eis: et gloria dei
isrl' eras ipea. **E**t ascendit gla-
dñi de medio ciuitatis: stetitqz
sup montē qui est ad orientem
urbis. **E**t sp̄c leuauit me: ad-
duxitqz in chaldeam ad t̄nsi-
grationē in uisione in sp̄u dei;
et sublata est a me uisio quā
uideram. **E**t locutus sum ad
t̄nsigratiōē om̄ia ūba dñi
que ostenderat michi. **XII**
Et factus est sermo dñi ad
me dicens. **F**ili hominis:
in medio domus exaspantis
tu habitas. qui oculos habet
ad uidendū et nō uidet. et au-
res ad audiendū et nō audiit;
quia domus exaspans ē. **T**u
ergo fili hominis fac tibi uasa
t̄nsigratiōis: et t̄nsigra-
bis p̄ diem coram eis. **T**rans-
migrabis aūc de loco tuo ad
locum alterū in conspectu eoz.
si forte aspiciant: quia domus
exaspans est. **E**t efferes foras
uasa tua. quasi uasa t̄nsi-
grantis p̄ diem in conspectu eoz.
Tu aūc egredieris uesp̄e corā

eis: sicut egreditur migrans. Ante
 te oculos eorum profode tibi pa-
 rietem: et egrediens per eum in
 aspectu eorum. In humeris porta-
 vis: in caligine efferes. Faciem
 tuam uelabis. et non uidebis ter-
 ram: quia portentum dedi te do-
 mu israel. **Fecit** ergo sicut prece-
 rat michi. **Vasa** mea protuli
 quasi uasa transmigrantis per
 diem: et uespere profodi michi pa-
 rietem. manu. **In** caligine egres-
 sus sum: et in humeris porta-
 ui in conspectu eorum. **Et** factus
 est sermo domini ad me mane di-
 cens. **Fili** hominis: numquid
 non dixerunt ad te domus israel
 domus exaspans: quid tu fa-
 cis? **Dic** ad eos. **Hec** dicit do-
 mus. **Super** duces onus istud quod
 est in ierusalem: et super omnem do-
 mum israel. que est in medio eorum.
Dic. **Ego** portentum uisum. **Quo**
 modo feci: sic fiet illis. **In** trans-
 migratione et captiuitate
 ibunt: et dux qui est in me-
 dio eorum in humeris portabitur:
 in caligine egredietur: parie-
 tem profodiens. ut educant e-
 um. **Facies** eius operietur: ut
 non uideat oculis terram. **Et** ex-
 tendam rete meum super illum.

et capietur in sagena mea: et
 adducam eum in babilonem. in
 terram chaldeorum. et ipse non ui-
 debit: ibique morietur. **Et** omnes
 qui circa eum sunt. presidium
 eius et agmina eius disper-
 gam in omnem uentum. et gla-
 dium euaginabo post eos:
 et scient quia ego dominus. quando
 dispersero illos in gentibus: et dis-
 seminauero eos in terris. **Et** re-
 linquam ex eis uiros paucos
 a gladio et fame et pestilenti-
 a: ut nacentur omnia scelera
 eorum in gentibus: ad quas ingre-
 dientur: et scient quia ego do-
 mus. **Et** factus est sermo domini ad me
 dicens. **Fili** hominis: panem
 tuum in iurbatione comede.
 et aquam tuam in festinatione
 et merore bibe: et dic ad populum
 ierusalem. **Hec** dicit dominus deus ad eos
 qui habitant in ierusalem. in terra
 israel. **Panem** suum in sollicitu-
 dine comedent: et aquam suam
 in desolatione bibent. ut deso-
 letur terra a multitudine sua.
 propter iniquitatem omnium qui
 habitant in ea: et ciuitates
 que nunc habitant desolate
 erunt. terraque deserta: et scient
 quia ego dominus. **Et** factus est

E

sermo dñi ad me dicens. **F**ili
hominis; qđ est puerbum
istud uobis in tra isrl' dicens
um. in longum differentur
dies; et pibit omnis uisio: **I**
o dic ad eos. **H**ec dicit dñs dñs.
Quescere faciam pūbum ist
tud: neq; uulgo dices ultra i
isrl'. **E**t loquere ad eos: qđ ap
ppinquauerinc dies. **I** sermo
omnis uisionis. **N**on erit erit
ultra omnis uisio cassa. neq; di
uinatio ambigua in medio fi
lioz isrl': quia ego dñs loquar.
qđ cūq; locutus fuero uibum.
er fiet. **N**on plongabitur am
plius: s; in dieb; utis domus
exaspans loquar uibum et fa
ciam illud: dicit dñs deus. **E**t
factus est sermo dñi ad me di
cens. **F**ili hominis: ecce dom'
isrl' dicens. **V**isio quā hic ui
det. in dies multos: et in tem
pora longa iste pphetac. **P**rop
terea dic ad eos. **H**ec dicit dñs
dñs. **N**on plongabit' ultra om
nis sermo meus: uibum qđ
locutus fuero complebit'. **d**ic
Et fac. **XII** dñs dñs.
tus est sermo dñi ad me
dicens. **F**ili hominis; uatci
nare ad pphetas isrl'. qui pro

phetanc: et dices pphetantib;
de corde suo. **A**udite uibum
dñi. **H**ec dicit dñs dñs. **N**e pro
phetis insipientib;: qui se
quuntur spm suū. et nichil ui
dent. **Q**uasi uulpes in deser
tis. pphete tui isrl'. **N**on ascē
distis ex aduerso. neq; oppo
sistis murū pro domo isrl':
ut starens in plio in die dñi.
Vident uana. et diuinanc mē
daciū: dicentes. ait dñs. cū
dñs non miserit eos; et pse
uerarūt. **I**firmare sermone.
Nunqđ nō uisionem cassam
uidistis; et diuinationē mē
daciem locuti estis. **E**t dicitis.
ait dñs: cum ego nō sim lo
cutus. **P**ropterea hec dicit dñs.
Quia locuti estis uana.
et uidistis mendaciū: ideo ec
ce ego ad uos ait dñs dñs; et
erit manus mea sup pphas
qui uident uana. **I** diuinanc
mendaciū. **I**n concilio ppli
mei nō erunt: eo in scptura
domus isrl' nō scribent'. nec
in tram isrl' ingredientur; et
scietis quia ego dñs dñs: eo
qđ decepunc pplm meū dice
tes. pax: et non est pax. **E**t
ipē edificabat parietem: illi

aut

autē linebant eum luto absq;
 paleis. **D**ic ad eos qui li-
 nuunt absq; temperantia: qđ
 casurus sit. **E**rit enī imber i-
 undans: et dabo lapides pre-
 grandes desup ueruentes; et
 uentū p̄ceue dissipantē. **S**i-
 quidem. **E**cce cecidit paries.
Nunquid nō dicitur uobis:
 ubi est litura quā leuistis: *limp*
Propterea hec dicit dñs d̄s. **E**cce
 rumpe faciam sp̄m tempesta-
 tū in indignatione mea: et im-
 ber inundans in furore meo e-
 rit. et lapides grandes in uai-
 sūmationē; et destruam pa-
 rietem quē linistis absq; tem-
 perantia. et adequabo eum tre:
 et reuelabo fundamentū eius;
 et cado et sumetur in medio
 eius: et scietis quia ego dñs.
Et cōplebo indignationē me-
 am in pariete. et in his qui
 linunt eū absq; temperantia:
 dicamq; uobis. **N**on est pari-
 es. et nō sunt qui linunt eū.
Pphete isrl̄: qui pphetant ad
 ierlm̄. et uident ei uisionem
 pacis. et nō est pax: ait dñs
 d̄s. **E**t tu fili hominis: pone
 faciem tuam iura filias ppli
 tui que pphetant de corde suo;

et uaticinare sup eas. et dic. **H**ec
 dicit dñs d̄s. **V**e qui consuunt
 puluillos sub omni cubitu
 manus: et faciunt cervicali-
 a sub capite uniuerse etatis
 ad captendas animas. **C**um
 capent animas ppli mei. ui-
 uificabant animas eorū: et
 uiolabant me ad pplm̄ meū
 ppter pugillum ordei et frag-
 men panis; ut inficerent a-
 nimas que nō moriunt. et ui-
 uificarent animas que nō ui-
 uunt: mentientes p̄lo meo.
 credenti mendacis. **P**ropterea
 hec dicit dñs d̄s. **E**cce ego ad-
 puluillos ur̄s. quib; uos ca-
 pitis animas uolantes: et
 dirumpam eos de brachijs
 ur̄s. et dimittam animas
 quas uos capitis. animas
 ad uolandū: et dirumpam cer-
 uicalia ur̄a; et liberabo pplm̄
 meū de manu ur̄a. neq; erūt
 ultra in manib; ur̄is ad pre-
 dandū: et scietis quia ego dñs.
Pro eo qđ merere fecistis cor-
 iusti mendaciō. quē ego nō
 iustitau. et iustitastis manus
 impy. ut nō reueteret a uia
 sua mala et uiuerec: p̄tea
 uana nō uidebitis. et diuū

nationes nō diuinabitis ā
plus; et eruam pplm meū
de manu ur̄a: et scietis quia e
go dñs. **XIII**

Et uenerunt ad me uiri
seniorū isrl̄: et sederunt
coram me. Et factus ē sermo
dñi ad me dicens. **F**ili hominis:
uiri isti posuerūt imundicias
suas in cordibz suis; et scanda
lum iniquitatis sue statuerūt
iura faciem suam. Nunquid
interrogatus respondebo eis?
Propt̄ hoc loquere eis: et di
ces ad eos. **H**ec dicit dñs d̄s.
Homo. homo de domo isrl̄:
qui posuerit imundicias su
as in corde suo. et scandalū i
niquitatis sue statuerit con
faciem suam. et uenit ad p
phetam interrogans p̄ eū me:
ego dñs respondebo ei in ml̄
titudine imundiciarū suarū;
uo capiatur domus isrl̄ in
corde suo. quo recesserūt a me
in cunctis idolis suis. Prop
terea dic ad domū isrl̄. **H**ec
dicit dñs d̄s. **C**onuertimini et
recedite ab idolis ur̄is. et ab
uniuersis iraminationibz
ur̄is avertite facies ur̄as: quā
homo homo de domo isrl̄. et

Et de profelitis quicunq; adue
na fuerit in isrl̄: si alienatus
fuerit a me. et posuerit idola sua
i corde suo. et scandalū iniqui
tatis sue statuerit iura faciem
suam. et uenit ad ppham ut
interroget p̄ eum me: ego dñs
respondebo ei p̄ me: et ponam
faciem meam sup hominē il
lum; et faciam eum in exem
plum et in p̄bium. et disp
gam eum de medio ppli mei:
et scietis quia ego dñs. **E**t p
pheta cum errauit. et locutus
fuerit uerbum: ego dñs dece
pi ppham illum. **E**t exten
dam manū meā sup illum.
et delebo eum de medio ppli
mei isrl̄: et portabit iniqui
tate suam. **I**uxta iniquitate
interrogantis. sic iniquitas p
phete erit: uo nō erret ultra
domus isrl̄ a me. neq; pollua
tur in uniuersis p̄uaticationi
bz suis; s; sino michi in pplm.
et ego sum eis in deum: aut dō
excituum. **E**t factus est ser
mo dñi ad me dicens. **F**ili ho
minis; iura cū peccauit michi.
uo p̄uaticet̄ p̄uaticans: ex
tendam manū meā sup eam.
et iteram uirgā panis eius;

et imittam in eam famem et iumentum.
 et si fuerint tres uiri isti in medio
 eius. noe. daniel. et iob: ipsi
 iusticia sua liberabunt animas
 suas; ait dominus exercituum. Quod si
 et bestias pessimas induxero
 super terram. ut uastem eam. et
 fuerit in uia. eo quod non sit per
 transiens propter bestias: tres
 uiri isti qui fuerint in ea. ui
 uo ego dicit dominus deus. quia nec
 filios nec filias liberabunt; sed
 ipsi soli liberabunt: terra autem de
 solabitur. Vel si gladium in
 duxero super terram illam. et dix
 ero gladio transi per terram. et in
 terfecero de ea hominem et iumentum.
 et tres uiri isti fuerint in
 medio eius: uiuo ego dicit
 dominus deus. quia filios et filias
 non liberabunt; sed ipsi soli libe
 rantur. Si autem et pestilentiam
 imiserit super terram illam. et
 effudero indignationem meam
 super eam in sanguine. ut au
 feram ex ea hominem et iumentum.
 et noe et daniel et iob. fu
 erint in medio eius: uiuo e
 go dicit dominus deus. quia filium et
 filiam non liberabunt; sed ipsi
 iusticia sua liberabunt anima

suas: quoniam hec dicit dominus deus.
 Quod etsi quatuor iudicia mea
 pessima gladium et famem et
 bestias malas. et pestilentiam
 misero in terram. ut in faciam
 de ea hominem et pecus: tamen
 relinquetur in ea saluatio e
 ducentium filios et filias. Ec
 ce ipsi egredientur ad uos: et
 uidebitis uiam eorum et adin
 uentiones eorum; et consolabimur
 in super malo quod induxi in ier
 usalem. in omnibus que im
 portauimus super eam: et consolabimur
 uos. cum uideritis uiam eorum et
 adinventiones eorum; et cog
 noscetis quod non frustra fecerim
 omnia que feci in ea: ait dominus.
Et factus est **XXV.** dicit dominus.
 sermo domini ad me dicens.
 Fili hominis; quid fiet ligno
 uitis. ex omnibus lignis
 nemorum. que sunt in ligna
 siluarum: Nunquid tolletur de
 ea lignum ut fiat opus; aut
 fabricabitur de ea parillus. ut
 dependeat in eo quodcumque uas.
 Ecce igni datum est in escam.
 Vtramque partem eius consump
 sit ignis: et medietas eius re
 ducta est in fauillam. Nunquid
 utile erit ad opus: Etiam

Ecce factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis: notas fac ierlm abominaciones suas; et dices. Hec dicit dñs dñs ierlm. Radix tua et generatio tua de tra chanaan. Pat tuus amor reus: et mater tua ethea. Et quando nata es in die ortus tui nō est p̄sūs umbilic⁹ tuus: et in aqua nō es lota in salutem. nec sale saluta; nec inuoluta pannis. Non pepit sup te oculus. ut faceret tibi unū de his miser-

cum eēt integrū. nō erat aptū ad opus; quantomagis cū ignis illud deuorauit et consumpsit. nichil ex eo fieri poteris. Propterea hec dicit dñs. Quomodo lignū uiuis inter alia ligna siluarū qđ dedi igni ad deuorandū; sic tradam ierlm et habitatores eius: et ponam faciem meam in eos. De igne egredientur. et ignis sumet eos: et scietis quia ego dñs cum posuerō faciem meam in eis; et dederō terram iuiam et desolatam. eo qđ p̄uacatores extiterint. dicit dñs deus. **XVI**

Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis: notas fac ierlm abominaciones suas; et dices. Hec dicit dñs dñs ierlm. Radix tua et generatio tua de tra chanaan. Pat tuus amor reus: et mater tua ethea. Et quando nata es in die ortus tui nō est p̄sūs umbilic⁹ tuus: et in aqua nō es lota in salutem. nec sale saluta; nec inuoluta pannis. Non pepit sup te oculus. ut faceret tibi unū de his miser-

tus tui: s; proiecta es sup faciem terre in abiectioe anime tue in die qua nata es. Transiens autē p̄ te. uidi te calcatam in sanguine tuo: et dixi tibi cum eēs in sanguine tuo uiue. Dixi inq̄m tibi: in sanguine tuo uiue. Multiplicatā quasi ḡmen agri dedi te: et multiplicata es in ḡdis effecta; et ingressa es. et puenisti ad mundū muliebrem. Uera tua inuenerit: et pilus tuus ḡminauit. Et eras nuda et confusione plena. Et transiui per te. et uidi te: et ecce tempus tuū. temp⁹ amantū. Et expandi amicitū meū sup te: et operui ignominia tuam. Et iuravi tibi. et ingressus sum pactū tecum. ait dñs dñs: et facta est michi. Et laui te aqua. et emūdaui sanguinē tuū ex te: et unxi te oleo. et uestiui te discoloribz; et calciavi te iacinto. et cinxi te bisso. et indui te subtilibz; et ornauit te ornamento: et dedi armillas in manibz tuis; et torquem circa collum tuū: et dedi in aure sup os tuū. et articulos auribz tu-

18. et coronam decoris in capite tuo; et ornata es auro et argento. et uestita es bisso. et polimito. et multas coloribus. Similam et mel. et oleum comedisti. et decora facta es uehementer nimis: et perfecisti in regnum. Et egressum est nomen tuum in gentes. propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo. que posueram super te dico dominus deus; et habens fiduciam in pulchritudine tua. fornicata es in nomine tuo: et exposuisti fornicationem tuam omni transeunti. ut eius fieres. Et sumens de uestimentis tuis. fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: et fornicata es super eis. sicut non est factum neque futurum est. Tulisti uasa decoris tui de auro meo. et de argento meo quod dedi tibi. et fecisti imagines masculinas: et fornicata es in eis. Et sumpsisti uestimenta tua multicolora. et operuisti illas: et oleum meum. et thymiana meum posuisti coram eis; et panem meum quem dedi tibi. similam. et oleum. et mel. quibus enutriui te posuisti in conspectu eorum in odo-

rem suauitatis. Et factum est a me dominus deus: et tulisti filios tuos et filias tuas. quas genuisti michi; et imolasti eis ad deorandum. Nunquid parua est fornicatio tua. imolantis filios tuos? Et dedisti illos prosecrans eis: et post omnes abominaciones tuas. et fornicaciones tuas non es recordata dierum adolescentie tue; quando eras nuda et confusione plena. et calcata in sanguine tuo. Et accidit post omnem maliciam tuam. ue. ue. tibi. ait dominus deus: et edificasti tibi lupanar. et fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput uie edificasti signum prostitutionis tue. et abominabilem fecisti decorem tuum: et diuisisti pedes tuos omni transeunti. et multiplicasti fornicaciones tuas; et fornicata es cum filiis egypti uanis tuis magnarum carnium: et multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me. Ecce ego extendi manum meam super te: et auferam iustificationem tuam; et dabo te in animas

B E
odientium te filiarum palestinarum.
que erubescunt in uia tua scelerata. **E**t fornicata es in filiis
assurorum. eo quod nodum fueris
expleta postquam fornicata es.
nec sic es satiata. **E**t multiplicasti
fornicationem tuam intra
chanaan cum chaldeis.
et nec sic satiata es. **I**n quo
mundabo cor tuum ait dominus
deus. cum facias omnia hec
opera mulieris meretricis et
procanis: quia fabricasti lupanar
tuum in capite omnis uie.
et excelsum tuum fecisti in omni
platea: nec facta es quasi
meretricis fastidio augens precium;
sed quasi mulier adultera
que super uirum suum inducit
alienos. **O**mnibus meretricibus
dantur mercedes: tu autem
dedisti mercedes cunctis
amatoribus tuis. **E**t donabas
eis. ut intrarent ad te undique
ad fornicandum tecum: factumque
est in te contra consuetudinem
mulierum in fornicationibus
tuis; et post te non erit
fornicatio. **I**n eo enim quod dedisti
Qu ergo fili hominis assume me lamentum super tyrum: et dices tyro que habitat in introitu maris: negotiationi populorum ad insulas multas. Hec dicit dominus deus. O tyre. tu dixisti. perfecti decoris ego sum: et in corde maris sita. finiti

mi tui qui te edificauerunt: impleuerunt decorem tuum: **U**enitibus de sanis extruxerunt te: cum omnibus tabularis maris. **C**edrum de libano tulerunt. ut facerent tibi malum: quercus de basan dolauerunt in remiges tuos. **T**ranstra tua fecerunt tibi ex ebone indico: et pterocula tua de insulis italie. **B**ysuana de egypto terra est tibi iuelum. ut ponetur in malo: iacinthus et purpura de insulis elisa facta sunt ornamentum tuum. **H**abitatores sydonis et arady fuerunt remiges tui. **S**apientes tui tyre facti sunt gubernatores tui. senes bibly et prudentes eius habuerunt nauas ad ministerium. uarie suppellectilis tue. **O**mnes naues maris. et naue earum fuerunt in populo negotiationis tue: **P**erse et ludie. et libies erant in circuitu tuo. **V**iri bellatores tui clipeum et galeam suspenderunt in te. **P**ornatu tuo. filii arady cum exitu tuo erant super muros tuos in circuitu tuo. **S**ed et pigmei qui erant in turribus tuis pharetras tuas suspenderunt in muris tuis

XXVII

p gicum : ipi cōpleuerūt pul
 chritudinē tuam. **C**arthagiē
 ses negotiatores tui a multitu
 dine cunctarū diuiciarū : argen
 to . ferro . stagno . plumboq; re
 pleuerunt nundinas tuas .
Grecia tubal et mosoch . ipi in
 stitores tui : mancipia et uasa
 erea adduxerunt pp̄io tuo : de
 domothogorma equos et equi
 tes . et mulos adduxerūt ad
 forū tuū . **F**ilij dedan negocia
 tores tui . **I**nsule multe negoci
 atio manus tue . **D**entes ebur
 neos et ebeninos cōmutaue
 runt in p̄cio tuo . **S**yrus nego
 ciator tuus pp̄ter multitudi
 nē operū tuorū : gēmam . pur
 puram . et scutulata . et byssū .
 et sericum et chocthor pp̄sue
 runt in mercato tuo . **J**uda et
 fra isrl' ipi institores tui i fru
 mento primo : balsamū et
 mel et oleum et resinā pp̄o
 suerunt in nundinis tuis .
Damascenus negotiator tuus
 in multitudine operū tuorū .
 in uino pingui : in lanis co
 loris optimi . **D**edan et greca
 et mozel in nundinis tuis pp̄
 posuerūt ferrum fabrefactū :
 stagten et calamos in nego

ciatione tua . **D**edan institores
 tui in tapetib; ad sedendū . **A**ra
 bia et uniuersi principes cedari .
 ipi negotiatores manus tue :
 cū agnis et arietib; et edis ue
 nerunt ad te : **N**egotiatores
 tui . uenditores saba et rema :
 ipi negotiatores tui . cū uniu
 sis primis aromatis et lapi
 de et auro . qđ pp̄posuerūt in m̄ p̄cio
 cato tuo . **A**ran et chenne ece
 den negotiatores saba assur
 et chelmad uenditores tui :
 ipi negotiatores tui multifa
 riam in uoluculis iacincti et
 polimitoy . gazariūq; p̄ciosarū .
 que obuolute et astricte erāt
 funib; . **C**edros quoq; habe
 bant in negotiationib; tuis .
 naues maris : principes tui
 in negotiatione tua . **R**eple
 ta es : et glorificata es nimis
 in corde maris . **I**n aquis mul
 tis adduxerunt te remiges
 tui . **V**entus aust' intriuit te .
 in cordis maris . **D**iuitie tue .
 et thesauri tui . et multiplex i
 strumētū tuū : nauē tuā et
 gubernatores tui qui tenebāt
 supellectilē tuam : et populo
 tuo p̄erant : uiri quoq; bella
 tores tui qui erant in te . cū u

nuersa multitudine tua que
est in medio tui cadent i corde
maris in die ruine tue. **N**o
nitu clamoris gubernatoru tu
oy turbabunt classes: et de
scendunt de nauibus suis omis
qui tenebant remu. **N**aute
et uniuersi gubernatores maris
in tra stabunt: et euilabunt
sup te uoce magna. **E**t clama
bunt amare: et supiacient
pulueru capitibus suis. et cinere
cosperserunt: **E**t cadent su
p te caluiciu. et accingentur
lucis: et plorabunt te i ama
ritudine anime ploratu a
marissimo. et assumenot su
per te carmen lugubre **E**t plan
gent te. **Q**ue est hic tyris: q
obmutuo in medio maris:
que in exitu negotiationu tu
ay de mari implesti populos
multos. in multitudine di
uitiaru tuaru et ploraru tuoru di
casti reges terre. **N**unc irrita
es amari: in pfundis aqua
y. **O**pes tue et omis multi
tudo tua que erat in medio
tui ceciderunt. **U**niuersi habi
tatores insularu obstupueru
sup te: et reges earu omis tem
pestate percussi mutaueru uul

Et fac **XXVII** tuum.
tus: **N**egotiatores ploraru sibi
lauerunt sup te: **A**d nichilu de
ducta es: et no ens usq; in pe
tus est sermo dñi ad me
dicens. **F**ili hominis: dic princa
pi tyri. **H**ec dicit dñs ds. **C**o
qd eleuatum est cor tuu **E**t dix
isti. **D**s ego sum. et in cathed
fedi in corde maris. cu sis ho
mo et no ds: et dedisti cor tuu
qi cor dei. **E**cce sapientior es tu
daniele: omne secretu no est
absconditu a te. **I**n sapia tua
et prudentia tua feasti tibi for
titudine: et acquisisti autu **E**t
argentu in thesauris tuis.
In multitudine sapientie tue.
et in negotiatione tua multi
plicasti tibi fortitudine: et e
leuatu est cor tuu in robore
tuo. **P**ropterea hec dicit dñs ds.
Co qd eleuatu cor tuu quasi ^{est}
cor dei: idcirco ecce ego adduca
sup te alienos robustissimos
gentiu: et nudabunt gladios
suos sup pulchritudine sapi
entie tue. et polluent decore
tuu: et inficienot et de henc
te: et morientur in interitu oc
cisoru in corde maris. **N**uquid
dicens loqueris ds ego sum.

coram inficientibus te: cum sis
 homo et non deus in manu oc-
 cidentium te. **M**orte incurtis
 morieris. in manu alienorum:
 quia ego locutus sum ait dominus
 deus. **E**t factus est sermo domini ad
 me dicens. **F**ili hominis: leua
 planctum super regem tyri: et di-
 ces ei. **H**ec dicit dominus deus. **T**u sig-
 naculum similitudinis: plenus
 sapientia. perfectus decore. in de-
 lucis paradisi dei fuisti. **O**mnes
 lapides preciosi operum tuum:
 sardius. topazius. et iaspis.
 crisolitus. et onix. et berillus.
 saphirus. et carbunculus. et
 smaragdus. **N**unc opus deco-
 ris tui: et foramina tua indie-
 qua conditus est parata sumo.
Tu cherub extensus et proteges:
 et posui te in monte sancto dei in me-
 dio lapidum ignitorum. ambulasti
 perfectus in uis tuis. ad iudi-
 cationis tue: donec inuenta est
 iniquitas in te. **I**n multitudi-
 ne negotiationis tue. repleta sunt
 interiora tua iniquitate et pec-
 casti: et eieci te de monte sancto
 dei: et perdidisti te o cherub: pro-
 gens de medio lapidum ignitorum.
Eleuatum est cor tuum in decore
 tuo: perdidisti sapientiam tuam in

decore tuo. **I**n terra prece te: ante
 faciem regum dedit te. uocerne-
 rent te. **I**n multitudi-
 ne iniqui-
 tatum tuarum et in iniquitate ne-
 gociationis tue: polluisti sancti-
 cationem tuam. **P**roduca ergo ig-
 nem de medio tui qui comedat
 te: et dabo te in cinerem super ter-
 ram in conspectu omnium ui-
 dentium te. **O**mnes qui uiderint
 te in gentibus: obstupescunt super
 te: **N**ichil factus es: et non e-
 ris in perpetuum. **E**t factus est ser-
 mo domini ad me dicens. **F**ili
 hominis: pone faciem tuam con-
 tra sidonem. et prophetabis de e-
 a et dices. **H**ec dicit dominus deus.
Ecce ego ad te sidon. et glorifi-
 cabor in medio tui: et scient
 quia ego dominus. cum fecero in ea
 iudicia: et sanctificatus fuero in
 ea. **E**t mittam ei pestilentiam
 et sanguinem in plateis eius:
 et corruent infecti in medio ei
 gladio per circuitum. et scient quia
 ego dominus: et non erit ultra domus
 israhel offendiculum amaritudinis.
 et spina dolorem inferens un-
 dique per circuitum eorum qui adiu-
 santur eis: et scient quia ego
 dominus deus. **H**ec dicit dominus deus.
Quando congregauo domum

Erael de populis in quibus dispersi sunt:
sanctificabor in eis coram gentibus:
et habitabunt in terra sua quia dedi
seruo meo iacob: et inhabitabunt
in ea secuti: et edificabunt
domos. plantabuntque uineas:
et habitabunt confidentes: cum fecero
iudicia in omnibus qui aduersantur
eis per circuitum: et scienc
quia ego dominus deus eorum. **XXIX.**

In anno decimo. in decimo mense.
undecima mensis: factum est uer
bum domini ad me dicens. Fili
hominis: pone faciem tuam contra
pharaonem regem egypti: et
prophetabis de eo. et de egypto
uniuersa loqueris. et dices. hec
dicit dominus deus. Ecce ego ad te
pharao rex egypti: draco nigri
ne qui cubas in medio flumi
ni tuorum. et dices. Meus est
fluvius: et ego feci memetip
sum: et ponam frenum in max
illis tuis. et agglutinabo pis
ces fluminum tuorum squamis
tuis: et extraham te de medio
fluminum tuorum. et uniuersi
pisces tui squamis tuis ad
herebunt: et precipitiam te in de
sertum. et omnes pisces flu
minis tui. Super faciem terre
cades: non conugetis neque con

gregabens bestias terre et uolanti
bus celi dedi te ad deuorandum:
et scient omnes habitatores egypti
ti. quia ego dominus. Pro eo quod fuit
ti baculus arundineus domus domui
israel. quando apprehenderunt te
manu et fractus es. et lace
rasti omnem humerum eorum. et dis
soluisti tenes eorum. et inuerti om
nes eis super te comminutus es.
Propterea hec dicit dominus deus. Ec
ce ego adducam super te gladi
um. et interficiam de te hominem
et iumentum: et erit terra egypti in
desertum et solitudinem. et scienc
quia ego dominus. Eo quod dixeris
fluvius meus est: et ego fe
ci eum. Idcirco ecce ego ad te et
ad flumina tua: daboque terram
egypti in solitudines gladio
dissipata. a turre syenes usque
ad terminos ethiopię: non per
transibeam pes hominis. neque
pes iumentum gradietur in ea: et
non habitabitur quadraginta an
nis. Daboque terram egypti deser
tam. in medio terrarum desertarum:
et ciuitates eius in medio ur
bium subuersarum: et erunt deso
late quadraginta annis. Et dis
pergam egyptios in nationes.
et uentilabo eos in terras: quia

hec dicit dñs dñs. Post finem q̄
 draginta annoy congregabo egyp
 tum de populis in quibz dispersi
 fuerant. et reducam captiuita
 tē egypti. et collocabo eos in tra
 fatures in tra natiuitatis sue.
 et erunt illi in regnū humile.
 et in regna cetera erit humili
 ma: et nō eleuabit̄ ultra sup
 nationes. et iminuā eos ne i
 perent gentibz: neq; erunt ulc
 domui isrl̄ in cōfidentia. docen
 tes iniquitatē. ut fugiant ⁊ se
 quant̄ eos: et scienc quia ego
 dñs dñs. Et factū est in uicesi
 mo et septimo anno in p̄mo i
 una m̄sis. factū est ūbum dñi
 ad me dicens. Fili hominis: na
 buchodonosor rex babilonis s̄
 uire fecit exercitum suū seruitu
 te magna adūsūm tyriū: Om
 ne caput decaluatū et om̄is
 humerus depilatus est: et in
 ces nō est reddita ei. neq; exer
 citu eius de tyro pro seruitute
 qua seruuit michi adūsus eā.
 Propt̄ea hec dicit dñs dñs. Ecce
 ego dabo nabuchodonosor re
 gem babilonis in tra egypti.
 et accipiet multitudinē eius.
 et dep̄dabitur manubias et.
 et diripiet spolia eius: ⁊ erit

merces exercitū illius. et operi
 pro quo seruuit adūsus eam.
 dedi ei tram egypti. pro eo qđ
 laborauerit michi ait dñs dñs.
 In die illo pullulabit̄ coruū do
 mus isrl̄: et tibi dabo aptum
 os in medio eoy. et scienc qm̄
 ego domui. **XXX**
Et factum est ūbum dñi
 ad me dicens. Fili hominis:
 propheta et dic. hec dicit dñs
 dñs. **U**lulate. ue. ue diei: quia
 iuxta est dies. et appropinq̄
 dies dñi: dies nubis. temp̄
 gentū erit: et ueniet gladius
 in egyptum: et erit pauor in e
 thiochia. cum ceciderint uulne
 rata in egypto. et ablata fuerit
 multitudo illius. et destructa
 fundamenta eius. **E**thiochia et
 libia. et lidij. et om̄e reliquū
 uulgus. et chub. et filij terre
 fedetis cū eis gladio cadent. **H**
 dicit dñs dñs. **E**t corruent ful
 cientes egyptū: et destruetur
 supbia imperij eius: a turre
 syenes gladio cadent in ea: a
 it dñs exercitūū. **E**t dissipā
 buntur in medio trarū deso
 latorū. et urbes eius in me
 dio ciuitatū desertay erūt: et
 sciens quia ego dñs. cū dederō

ignem in egypto: et attriti fu-
erunt omnes auxiliatores eius;
In illa die egredient nuncij a
facie mea in civitatibus a conteren-
dam ethiopiae confidentiam. et erunt
pauores in eis in die egypti. quia
absque dubio ueniet. **Hec dicit**
dominus deus. Et cessare faciam multi-
tudinem egypti in manu nabu-
chodonosor regis babilonis;
Ipe et populus eius cum eo fortissimi-
gentium adducunt ad disperden-
dam terram: et euaginabunt
gladios suos super egyptum. et im-
plebunt terram infectis: et fa-
ciam alueos fluminum aridos.
Et dabo terram in manu pessimo-
rum: et dissipabo terram et pleni-
tudinem eius in manu alieno-
rum: **Ego dominus locutus sum.** **Hec**
dicit dominus deus. Et dissipabo si-
mulachra. et cessare faciam ido-
la de memphis: et dux in terra e-
gypti non erit amplius. **D**abo
terrorem in terra egypti. et disper-
dam terram pharaones: et dabo
ignem in taphis. et faciam iu-
dicia in alexandria: et effun-
dam indignationem meam super
pelusium robur egypti. et in-
ficam multitudinem alexan-
drie: et dabo ignem in egypto;

Quasi parturiens torlebit pe-
lusium: et alexandria erit dis-
sipata. et in memphis angus-
tie cotidiane; **I**uvenes helyo-
poleos et bubasti gladio cadent.
et ipse captiue ducent: et in taf-
nis nigrescat dies. cum strueto
ibi sceptrum egypti. et defecerit in
ea superbia potentie eius; **I**psa
nubes operiet. sive autem eius in
captiuitate ducent: et faciam
iudicia in egypto. **E**t sciens quae
Et factum **XXXI** ergo dominus.
est in undecimo anno in
primis in septima mensis: factum
est uerbum domini ad medicos.
Fili hominis: brachium pharao
regis egypti confraxit: et ecce non
est obuolutum ut restitueret ei
sanitas: ut ligaretur pannis et
fasciaretur in teolis: et recepto
robore posset tenere gladium.
Propterea hec dicit dominus deus. **E**c-
ce ego ad pharao regem egypti:
et comminuam brachium eius
forte. scilicet confractum: et deiciam
gladium de manu eius. **E**t dis-
pergam egyptum in gentibus: et
uentilabo eos in terris. **E**t con-
fortabo brachia regis babilo-
nis. dabo quoque gladium meum in
manu eius. et confringam bra-

Echia pharaonis: cadent et gement gemitibus in facie eius; Et fortabo brachia regis babilonis. et brachia regis pharaonis cadent: et scienc quia ego dominus. cum dedero gladium meum in manu regis babilonis. et extendere eum super terram egypti; Et dispergam egyptum in nationes. et uentilabo eos in terris: et scienc quia ego dominus. Et factum est in undecimo anno. in principio. una mensis: factum est uerbum domini ad me dicens. Fili hominis: dic pharaoni regi egypti et populo eius. Cui similis factus es in magnitudine tua: Ecce assur quasi cedrus in libano: pulcherramis. et frondibus nemorosus. excelsusque altitudine. et intensas frondes eleuatum est cacumen eius. Neque nutierunt illi: abyssus exaltauit eum. Flumina eius manabant in circuitu radicium eius: et riuos suos emisit ad uniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis. et multiplicata sunt arbusta eius. et eleuati sunt rami eius in aquis multis. Cumque extendisset umbram suam:

in ramis eius fecerunt nidus omnia uolantia celi. et sub frondibus eius genuerunt omnes bestie saltuum: et sub umbraculo eius habitabat ceterus gentium plurimorum: eratque pulcherrimus in magnitudine sua. et in dilatatione arborum suorum. **E**rat enim radix illius iuxta aquas multas. Et cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei: abietes non aduenerunt summam eius. et platani non fuerunt eque frondibus illius. **O**mne lignum paradysi dei. non est assimilatum illi et pulchritudini eius: quoniam speciosum fecit eum. et multis densisque frondibus: et emulata sunt eum omnia ligna uoluptatis que erant in paradiso dei. **P**ropterea hec dicit dominus deus. Pro eo quod sublimatus est in altitudine. et dedit suauitatem suam uirentem atque condensam. et eleuatum est cor eius in altitudine sua: tradidi eum in manus fortissimi gentium: **F**aciens facies eius: iuxta impietatem eius erexit eum: et succedent eum alieni et crudelissimi nationum: et percipient eum super montes: **I**n cunctis uallibus

Ecorruent rami eius. et confringentur arbuta eius. in uniuersis tunc tunc: et recedent de umbraculo eius omnes populi tunc: et relinquent eum. In ruina eius habitauerunt omnia uoluptatis celi: et in ramis eius fuerunt uniuerse uestie regionis. Quia obrem non eleuabunt in altitudine sua omnia ligna agri: neque ponent sublimitatem suam in nemorosa atque frondosa: nec stabunt in sublimitate eorum omnia que irrigantur aquis: quia omnes traditi sunt in mortem. ad terram ultimam in medio filiorum hominum: ad eos qui descendunt in lacum. Hec dicit dominus deus. In die quando descendit ad inferos. indixi luctum: opui eum abyssis. et prohibui flumina eius: et coeciui aquas multas. Contristatus est super eum libanus: et omnia ligna agri concussa sunt. A sonitu turbine eius: commouit gentes cum deducere eum ad infernum cum his qui descendebant in lacum: et solata sunt in terra infima omnia ligna uoluptatis. egregia atque preclara in libano: uniuersa que irrigabantur aquis.

Nam et ipsi cum ea descendunt ad infernum ad infectos gladio: et brachium uniuersiuersique sedebit sub umbraculo eius in medio nationum. Cui assimilatus es o inclite atque sublimis inter ligna uoluptatis: ecce deductus es cum lignis uoluptatis ad terram ultimam. In medio in carceribus dormies: cum his qui infecti sunt gladio: Ipe est pharao et omnis multitudo eius: dicit dominus deus. **XXXII**

Et factum est duodecimo anno. in mense duodecimo. in una mensis: factum est uerbum domini ad me dicens. Fili hominis: assume lamentum super pharao regem egypti: et dices ad eum. Leoni gentium assimilatus es: et draconi qui est in mari: et uentilabas cornu in fluminibus tuis: et conturbabas aquas pedibus tuis: et calcabas flumina eorum. Propterea hec dicit dominus deus. Expandam super te rete meum. in multitudine populorum multorum. et extraham te in sagena mea: et precipitiam te in terram: super faciem agri abiciam te: et habitare faciam super te

omnia uolatilia celi. et satura-
 bo de te bestias uniuerse terre: et
 dabo carnes tuas sup montes.
 et implebo colles tuos sanie
 tua: et irrigabo terram fetore
 sanguinis tui sup montes. et
 ualles implebuntur ex te: et
 opiam cum extinctus fueris ce-
 los: et nigrescere faciam stel-
 las eius: solem nube tegam:
 et luna non dabit lum suum.
Omnia luminaria celi mere-
 re faciam sup te: et dabo tene-
 bras sup terram tuam. dicit do-
 mus. propter uniuersas iniquitates
 quas operatus es: et mutabo
 cor populorum multorum. cum indu-
 ero iracundiam tuam in gentibus
 sup terras quas nescis: et stu-
 pescere faciam sup te populos
 multos. et reges eorum. **H**orro-
 re nimio formidabunt sup te.
 cum ceciderint uulnati in medio
 terre. ait dominus deus. cum uolare ce-
 perit gladius meus sup facies e-
 orum: et obstupescunt repente si-
 guli pro anima sua. in die tu-
 ine sue: quia hec dicit dominus
 deus. **G**ladius regis babilonis
 ueniet tibi: in gladius fortium
 deciam multitudinem tuam: in-
 expugnabiles gentes he. **E**c

uastabunt superbiam egypti. et
 dissipabit multitudo eius: et
 perdam omnia iumenta terre eius que
 erant sup aquas plurimas:
 et non turbabit eas pes hominis
 ultra. neque ungula iumentorum
 turbabit eas. **T**unc putissi-
 mas reddam aquas eorum. et
 flumina eorum quasi oleum ad-
 ducam ait dominus deus. cum decero
 terram egypti desolatam. **D**eserent
 autem terra a plenitudine sua quan-
 to percussero omnes habitatores
 eius: et scient quia ego dominus.
Plancus est: et plangent e-
 um. **F**ilie gentium plangent e-
 um: sup egypto et sup multi-
 tudinem eius. plangent eum
 ait dominus deus. **E**t factum est in duo-
 decimo anno. in quinta decima
 mensis: factum est uerbum domini ad
 me dicens. **F**ili hominis: cane
 lugubre sup multitudinem e-
 gypci: et detrahe eam ipsam et
 filias gentium robustarum. ad ter-
 ram ultimam. cum his qui descen-
 dunt in lacum. **Q**uo pulch-
 or es: descende. et dormi cum in-
 curuasis: **I**n medio infectorum
 gladio cadet: gladius datus
 est: attraxerunt eam et omnes
 populos eius. **L**oquentur ei po-

E tentissimi robustorum de medio
inferni: qui cum auxiliatoribus eius
descenderunt et dormierunt
in circuitu. infecti gladio. **I**bi
assur. et omnis multitudo eius.
In circuitu illius sepulchra eius.
Omnes infecti et qui ceciderunt
gladio quorum data sunt sepulchra
in nouissimis lacu: et facta
est multitudo eius per gyrum
sepulchri eius. uniuersi infecti.
cadentesque gladio: qui
dederunt quondam formidinem
in terra uiuentium. **I**bi etiam
et omnis multitudo eius per gyrum
sepulchri sui. Omnes infecti
ruentesque gladio. qui descenderunt
in circuitu ad ultimam
terram: qui posuerunt timorem
suum in terra uiuentium: et portauerunt
ignominiam suam cum
his qui descenderunt in lacum.
In medio infectorum posuerunt
tabernaculum eius: in uniuersis
populis eius. **I**n circuitu eius
sepulchrum illius. Omnes hi
in circuitu: infectique cadentes
gladio. Dederunt enim terrorem in
terra uiuentium: et portauerunt
ignominiam suam. cum his
qui descendunt in lacum. **I**n
medio infectorum positi sunt.

Ibi mosoch et thubal: et omnis
multitudo eius. **I**n circuitu
illius sepulchra eius. Omnes
hi in circuitu infectique et cadentes
gladio: quia dederunt fortitudinem
suam in terra uiuentium: et
dormierunt cum fortibus
cadentibusque et in circuitu
illis qui descenderunt ad infernum
cum armis suis: et posuerunt
gladios suos sub capitibus suis.
et fuerunt iniquitates eorum in
ossibus eorum: quia terrores
facti sunt in terra uiuentium.
In circuitu ergo in medio in circuitu
et ceteris: et dormies cum infectis
gladio. **I**bi idumea et
omnes reges eius: omnes duces
eius qui dati sunt cum exercitu
suo. cum infectis gladio: et
qui cum in circuitu dormierunt.
et cum his qui descenderunt in
lacum. **I**bi principes aegipti
omnes. et uniuersi uenatores:
qui ducti sunt cum infectis
pauentes. et in sua fortitudine
confusi. qui dormierunt in
circuitu cum infectis gladio.
et portauerunt confusionem suam
cum his qui descenderunt in
lacum. **V**idit eos pharaon: et
solatus est super uniuersa

multitudine sua que infecta
est gladio. et portauit confusio-
nem cum his qui descenderunt in
lacum. pharao et omnis exerci-
tus eius. ait dominus deus. quia de-
di tironem eius in ira iuuenti-
um. Et dormiuit in medio in-
circumalorum cum infectis gladio.
pharao et omnis multitudo eius.
ait dominus deus. **XXXII**

Et factum est uerbum domini
ad me dicens. fili hominis.
loquere ad filios populi tui. et di-
ces ad eos. Terra cum induxero
super eam gladium. et tulerit po-
pulus terre uirum unum de no-
uissimis suis. et constituerit eum
super se speculatorem. et ille uidit
gladium uenientem super terram.
et cecinerit bucina et annuncia-
uit populo. audiens autem quis-
quis ille est sonitum bucinæ. et
non se obseruauit. ueneritque
gladius et tulerit eum. san-
guis ipsius super caput eius e-
rit. Sonum bucinæ audiuit.
et non se obseruauit. Sanguis
eius in ipso erit. Si autem se custo-
dierit. animam suam liberabit.
Quasi speculator uiderit gladium
uenientem. et non insonuerit bu-
cina. et populus non se custodie-

rit. ueneritque gladius et tule-
rit de eis animam. ille quidem ini-
quitate sua captus est. san-
guine autem eius de manu spe-
culatoris requiritur. Et tu fili
hominis. speculatorem dedi te
domui israel. Audiens autem ex
ore meo sermonem. annuncia-
bis eis ex me. Si me dicente
ad impium. imple morte mo-
rieris. non fueris locutus. ut
se custodiat impius a uia sua.
ipse impius in iniquitate sua
amoretur. sanguine autem
eius de manu tua requiritur.
Si autem annunciant te ad i-
pium. ut a uis suis iustitiam
non fuerit iustus a uia sua. ip-
se in iniquitate sua morietur.
porro tu animam tuam liberaisti.
Tu ergo fili hominis. dic ad do-
mum israel. Sic locuti estis dicen-
tes. Iniquitates nostre et pecca-
ta nostra super nos sunt. et in ip-
sis nos tabescimus. Quomo-
do ergo uiuere poterimus. dic
ad eos. uiuo ego dicit dominus.
nolo mortem impij. sed ut reu-
tatur a uia sua et uiuat. Co-
uertimini a uis uestris pessimis.
Et quare moriemini domus
israel. Tu itaque fili hominis.

E
dic ad filios ppli tui. **I**usticia
iusti nō liberabit eum in qua
cunq; die peccauit: et impietas
impy non nocebit ei in q̄cunq;
q; die conuſus fuerit ab impie
tate ſua: et iuſtus nō poterit
uiuere in iuſticia ſua in q̄cunq;
q; die peccauerit. **E**tiam ſi dixe
ro iuſto qd̄ uita uiuet. et cōfi
ſus in iuſticia ſua fecerit iniqui
tatem: om̄s iuſticie eius obli
uioni tradent̄: et in iniqui
tate ſua quā opatus eſt i ip̄a
moriatur. **S**i autē dixerō im
pio morte morieris. et egerit
penitentia a peccato ſuo. fecit
q; iudiciū et iuſticia: pignus
reſtituet̄ ille ip̄ius. rapina
q; reddiderit. in mandatis ui
te ambulauit. nec fecit quicq;
iniuſtū: uita uiuet et nō mori
etur. **O**m̄ia peccata eius q̄ pec
cauit. nō iputabunt̄ ei. iudi
cium et iuſticia fecit: uita ui
uet. **E**t dixerūt filij ppli tui.
Non eſt equi pondens uia do
mini: et ip̄oz uia iniuſta eſt.
Cū enī reſceſſerit iuſtus a iuſ
ticia ſua. fecerit q; iniquitates.
moriatur in eis: et cū reſceſſerit
ip̄ius ab impietate ſua. fecerit
q; iudiciū et iuſticia. uiuet i

eis. **E**t dicitis. **N**on eſt recta
uia dñi. **U**nūquēq; iuxta ui
as ſuas iudicabo de uobis do
mus iſrl̄. **E**t factū eſt in duo
decimo anno. in duodecimo
m̄ſe. in quinta m̄ſis t̄nſmig
tionis n̄re: uenit ad me qui
fugerat de ierlm̄ dicens. **V**al
tata eſt ciuitas. **M**anus autē
dñi facta fuerat ad me uelpe.
antequā ueniret qui fugerat:
aperuit q; os meū. donec ue
niret ad me mane: et ap̄ o
re meo. nō ſilui amplius. **E**t
factū eſt ūbum dñi ad me di
cens. **F**ili hom̄is: qui habitant
in ruinosis ſup̄ humū iſrl̄ lo
quentes aiunt. **U**nus erat a
braham. et hereditate poſſe
dit terram: nos autē multi:
nobis data eſt terra in poſſeſſi
onē. **I**ocurro dices ad eos. **H**ec
dicit dñs d̄s. **Q**ui in ſangu
ne comeditis. et oculos uirōs
leuatis ad imundicias uirōs.
et ſanguine funditis: nun
quid terram hereditate poſſidebi
tis? **S**cenſtis in gladijs uel
tris: feciſtis abominatōnes.
et unusquiliq; uxore p̄cimi
ſui polluit: et terram heredita
te poſſidebitis: **H**ec dices ad

eos. Sic dicit dñs dñs. Vivo ego quia qui in ruinosis habitant. gladio cadent. et qui in agro est bestis tradetur ad deuorandum qui autē in p̄sidiis et in speluncis sunt. peste morientur. Et dabo iram in solitudine et in desertū et deficiet sup̄ba fortitudo eius. et desolabunt montes isrl̄: eo qđ nullus sit qui peos trāseat. et scient quia ego dñs cū dederō iram eorū desolatam et desertā. p̄pter uniuersas abominatōes suas quas opati sunt. Et tu fili hominis. filij ppli tui qui loquunt de te. iuxta muros et in ostijs domoz. et dicunt unus ad alterū. uir ad primū suū loquentes. Venite et audiamus qui sit sermo egrediens ad dñō. Et ueniunt ad te quasi ingdiatur popl̄s. et sedent coram te ppl̄s meus. et audiunt sermones tuos. et nō faciunt eos. quia in canticō oris sui ūtunt illos. et auariciam suam sequitur cor eoz. et es eis quasi carnū musicū. qđ suau dulciq̄ sono canit. et audient ūba tua et nō facient ea. et cū uenit qđ p̄dic

tū est. ecce enī uenit. tunc sciēto qđ p̄phete fuerint int̄ eos. Et factum est ūbum dñi ad me dicens. Fili hominis. p̄pheta de pastorib; isrl̄. p̄pheta et dices pastorib;. **XXXIII**
Hec dicit dñs dñs. Ve pastorib; isrl̄. qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascentur a pastorib;. Lac comedatis. et lanis oprebamī. et qđ crassum erat occidebatis. gregē aut̄ meū nō pascebatis. Qđ infirmū fuit nō solidasti. et qđ egrotum nō sanastis. Qđ fractū est nō alligastis. et qđ abiectū nō reduxistis. Qđ perierat nō quesistis. sed cū austeritate impabatis eis et cū potentia. et disperse sunt oues mee. eo qđ nō esset pastor. et facte sunt in deuorationē omiū bestiarū agu. et disperse sunt. Et traiecerunt greges mei in cūctis montib; et in uniuerso colle excelso. et sup̄ omne faciētē re dispersi sunt greges mei. et nō erat qui requireteret. Non erat iniquā qui requiret. Propterea pastores audite ūbum dñi. Vivo ego dicit dñs deus. quia pro eo qđ facti sunt gre

E

ges mei in rapinā ⁊ oues mee
in deuorationē omniū bestiarū
agri. eo qđ nō ēēt pastor. neq;
enī quesierunt pastores gregē
meū. s; pascebant pastores se
mecipos. et greges meos non
pascebant: p̄terea pastores
audite uerbum dñi. Hec dicit d̄s.
Ecce ego ip̄e sup pastores
requirā gregem meū de ma
nu eorū: et cessare eos faciam
ut ultra nō pascant gregem.
nec pascant ultra pastores se
mecipos. et liberabo gregem
meū de ore eorū. et nō erit eis
ultra in escam. quia hec dicit
dñs d̄s. **E**cce ego ip̄e requirā
oues meas: et uisitato eas si
cut uisitac pastor gregē suū.
in die q̄ndo fuerit in medio o
uiū suarū dissipatarū. Sic uisi
tato oues meas: et liberabo
eas de omnib; locis in quib;
disperse fuerant in die nubis
et caliginis. **E**cce educam eas de
populis. et congregabo eas de ter
ris: et inducam eas in terram
suam. et pascam eas in mon
tib; israel: in ciuis et in cunc
tis sedib; terre. In pascuis u
berum pascam eas: et in mō
tib; excelis israel erūt pascae e

ar. **I**bi requiescent in herbis ui
rentib;: et in pascuis pingui
b; pascent sup montes israel. **E**
go pascam oues meas: ⁊ ego e
as accubate faciam dicit dñs
d̄s. **Q**đ pierat requirā. et qđ
abiectum erat reducam: ⁊ qđ
is fractū fuerat alligabo. ⁊ qđ i
firmū erat solidabo: et quod
pingue et forte custodiam: et
pascam eos in iudicio. **V**os
autē greges mei: hec dicit d̄s.
Ecce ego iudico int̄ pecus
et pecus: athenū et huroz. nō
ne satis uobis erat pasca bo
na de pasca: **I**n sup et reliquā
pascuarū ur̄arū conculcastis pe
dib; ur̄is: et cū purissimā
aquā biberetis. reliquā pedi
b; ur̄is turbabatis. et oues
mee his q̄ conculcata pedibus
ur̄is fuerant pascebant: et
que pedes ur̄i turbauerant hec
bibeant. **P**ropt̄ea hec dicit
dñs d̄s ad uos. **E**cce ego ip̄e
iudico int̄ pecus pingue et
macilentū: **P**ro eo qđ lateri
b; et humeris ip̄ingebatis.
et cornib; ur̄is uentilabatis
om̄ia infirma pecora. donec
dispgerent foras. **S**aluabo
gregem meū. et nō erit ultra

in rapinam: et iudicabo in te
 pecus et pecus: et suscitabo su-
 per eas pastorem unum qui pas-
 cat eas. seruum meum dauid. Ip-
 se pascet eas. et ipse erit eis in
 pastorem: ego autem dominus ero
 eis in deum: et seruus meus
 dauid princeps in medio eorum:
Ego dominus locutus sum; et faci-
 am cum eis pactum pacis: et
 cessare faciam bestias pessimas
 de terra. et qui habitant in deser-
 to secuti dormient in saltibus:
 et ponam eas in circuitu col-
 lis mei benedictione: et deducam
 imbrem in tempore suo. Pluuię be-
 nedictionis erunt: et dabit
 lignum agri fructum suum. et terra
 dabit germen suum: et erunt in terra
 sua absque timore. et scient quia
 ego dominus: cum intruero catenas
 iugum eorum. et erueo eos de ma-
 nu impantium sibi: et non erunt
 ultra in rapinam gentibus: neque
 bestie terre deuorabunt eos: sed
 habitabunt confidentes absque ullo ti-
 more: et suscitabo eis germen
 nominatum: et non erunt ultra
 imminuti fame in terra. neque
 portabunt amplius opprobria
 gentium: et scient quia ego do-
 minus deus eorum cum eis. et ipse populus

meus domus israel: ait dominus deus.

Vos autem greges mei. greges
 pascue mee. homines estis: ere-
 go dominus deus uir: dicit dominus deus.

Et factus est. **XXXV**
 sermo domini ad medicum.
 fili hominis: pone faciem tuam
 aduersum montem seir: et ppe-
 tabis de eo: et dices illi. hec di-
 cit dominus deus. Ecce ego ad te mos
 seir: et extendam manum meam
 super te: et dabo te desolatam atque
 desertam. Urbes tuas demoliar:
 et tu desertus eris: et scies quia
 ego dominus. eo quod fueris inimicus
 sempiternus: et cluseris filios
 israel in manus gladii in tem-
 pore afflictionis eorum: in tem-
 pore iniquitatis extreme. **Pr**
 ea uiuo ego dicit dominus deus: quoniam
 sanguini tradam te. et sanguis
 te persequetur: et cum sanguine o-
 deris. sanguis persequetur te.
Et dabo montem seir desolatam
 et desertam. et auferam de eo eun-
 tem et redeuntem: et implebo ei
 montes occisorum suorum. **I**n col-
 libus tuis et in uallibus tuis atque
 in torrentibus infecti gladio ca-
 dent. **I**n solitudines sempiternas
 tradam te: et ciuitates
 tue non inhabitabunt: et scie-

E

tis quoniam ego dominus deus. eo quod dixeris: Due gentes et due terre mee erunt. et hereditate possidebo eas: cum dominus esset tibi. Propterea iuuo ego dicit dominus deus: quia faciam iuxta iram tuam. et secundum zelum tuum quem fecisti. odio habens eos: et notus efficiat per eos cum te iudicauero: et scies quia ego dominus. Audiuisti uniuersa opprobria tua que locutus es de montibus israel dicens: deserti nobis dati sunt ad deuorandum: et insurrexisti super me ore uero aduersum me: et derogastis aduersum me. **U**ba uero ego audiui. **H**ec dicit dominus deus. Letante uniuersa terra. in solitudine te erigam. Sicut gaudius es super hereditate domus israel. eo quod fuerit dissipata: sic faciam tibi. Dissipatus eris mons seir: et omnis idumea. et scient quia ego dominus. **XXXVI**

Qu autem filii hominis: propheta super montes israel et dices: Montes israel audite uerbum domini. **H**ec dicit dominus deus. **E**o quod dixerit inimicus de uobis euerte altitudines sempiternae: date sunt nobis in hereditate: propterea uaticinate et dic. **H**ec dicit deus

deus. **P**ro eo quod desolati estis et calcati per circuitum. et facti in hereditatem reliquis gentibus: eo ascendistis super labium lingue. et opprobrium populi: propterea montes israel audite uerbum domini dei. **H**ec dicit dominus deus montibus et collibus: torrentibus uallibusque et desertis parietinis et urbibus derelictis que depopulate sunt et subsannate a reliquis gentibus per circuitum. Propterea hec dicit dominus deus. quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus. et de idumea uniuersa. qui dederunt terram meam sibi in hereditatem. cum gaudio et toto corde et ex animo: et eiecerunt eam ut uastarent. **I**dcirco uaticinate super humum israel: et dices montibus et collibus: uigilate et uallibus. **H**ec dicit dominus deus. **E**cce ego in zelo meo et in furore meo locutus sum: eo quod confusionem gentium sustinueritis. **I**dcirco hec dicit dominus deus. **E**go leuaui manum meam. ut gentes que in circuitu uostro sunt. ipsi confusionem suam portent. uos autem montes israel ramos uostros geminetis: et fructum uestrum afferatis populo meo israel.

Prope est enim ut ueniat. quia ecce
 ego ad uos et uertar ad uos.
 et arabimini. et accipientes se-
 mentem. et multiplicabo in uo-
 bis homines. omnemque domum
 israel. et habitabuntur ciuitates.
 et ruinosas instaurabunt. et
 replebo uos hominibus et iu-
 uentibus. et multiplicabunt et cres-
 cent. et habitare uos faciam
 sicut a principio. bonisque di-
 tabo maioribus que habuistis
 ab initio. et scietis quia ego
 dominus. Et adducam super uos om-
 nem populum meum israel. et heredita-
 te possidebunt te. et eris eis in
 hereditate. et non addes ultra
 ut absque eis sis. Hec dicit dominus
 deus. Pro eo quod dicunt de uobis.
 deuoratur hominum es. et suf-
 focans gentem tuam. propterea
 homines non comedes amplius.
 et gentem tuam non negabis ul-
 tra aut dominus deus. nec audiam
 faciam in te amplius confu-
 sionem gentium. et opprobrium
 populorum. nequaquam porta-
 bis. et gentem tuam non admit-
 tes amplius. aut dominus deus. Et
 factum est uerbum domini ad me di-
 cens. Fili hominis. domus
 israel habitauerunt in domo su-

a. et polluerunt eam in uis-
 suis. et in studiis suis. Juxta i-
 mundiciam menstruate facta est
 uia eorum coram me. et effudi in
 indignatione mea super eos pro
 sanguine quem fuderunt super ter-
 ram. in idolis suis polluerunt
 eam. Et dispersi eos in gentes.
 et uentilati sunt in terras. Jux-
 ta uias eorum. et ad inuentum
 iudicauit eos. Et ingressi sunt
 ad gentes ad quas introierunt.
 et polluerunt nomen sanctum meum.
 cum dicitur de eis. populus domini
 iste est. et de terra eius egressi sunt.
 et peperi nomini meo sancto quod
 polluerat domus israel in gen-
 tibus ad quas ingressi sunt. Idcirco
 dices domui israel. Hec di-
 cit dominus deus. Non prope uos
 ego. faciam domus israel. sed
 prope nomen sanctum meum quod
 polluistis in gentibus ad quas
 intrastis. et sanctificabo nomen
 meum magnum. quod pollutum est
 in gentes. quod polluistis in me-
 dio earum. ut sciant gentes quia
 ego dominus. aut dominus exituum.
 cum sanctificatus fuero in uobis
 coram eis. Tollam quippe uos de
 gentibus. et congregabo de uniu-
 ersis terris. et adducam uos in ter-

E
ram uerā: et effundam sup
uos aquā mundā. et munda
bimini ab omnibz inquina
mētis uīs. et ab uniuēsis idolis
uīs mundabo uos: et dabo
uobis cor nouū et spm nouū
ponam in medio uī. et aufer
eam cor lapideū de carne uā.
et dabo uobis cor carneū: et
spm meū ponam in medio uī;
et faciam ut in pceptis meis
ambuletis: et iudicia mea
custodiatis. et operimini. Et
habitabitis in terra quā dedi
patribz uīs: et eritis michi
in pplm: et ego ero uobis in
deum: et saluabo uos ex un
iūsis inquinamētis uīs: et
uocabo frumētū et multiplica
bo illud. et nō imponā in uos
famē: et multiplicabo fructū
ligni et gemina agrū. ut nō
portetis ultra opprobrium fa
mis in gentibz: et recordabi
mini uarū uāz pessimarū.
studiorūq; nō bonorū: et displic
ebunt uobis iniquitates ue
stre et scelera uā: nō propē
uos ego faciam ait dñs dñs.
Nōtū sic uobis: Infundimini
et erubescite sup uīs uīs do
mus isrl: hec dicit dñs dñs.

In die qua mundauero uos
ex omnibz iniquitatibz uīs.
et habitare fecero urbes. et in
staurauero ruinosā. et fra de
serta fuerit exulta. que quon
dam erat desolata in oculis
omnis uatoris: dicent: terra
illa inculta facta est. ut ortus
uoluptatis: et ciuitates deser
te et destitute atq; suffosse mu
nitate sederūt: et sciens gentes
quecūq; derelictę fuerint iac
tūtu uī: quia ego dñs edi
ficauī dissipata. plantauīq;
inculta: ego dñs locutus sum
et fecerim. **Hec dicit dñs dñs.**
Ad huc in hoc iuenient me do
mus isrl ut faciā eis. Multi
plicabo eos sicut gregem ho
minū: ut gregem scā: ut gi
gem terlin in sollempnitati
bz eius: sicut erunt ciuitates
deserte. pleneq; gregibz homi
nū: et sciens quia ego dñs.
Facta est sup **XXXVI.**
me manus dñi. et edu
xit me in spū dñi. et dimisit
me in medio campi qui erat
plenus ossibz: et circumdu
xit me p ea in girum. Erant
autē multa ualde sup faciē
campi: siccaq; uehement.

Etes. nonne indicas nobis quod
in his tibi uelis. Loqueris ad eos.
Hec dicit dominus deus. Ecce ego
assumam lignum ioseph. quod est in
manu effraim. et tribus israel
que iuncte sunt ei. et dabo il-
lud pacem cum ligno iuda. et fa-
ciam eas in lignum unum. et er-
unt unum in manu eius. Er-
unt autem ligna super que scrip-
seris in manu tua in oculis
eorum. et dices ad eos. Hec dicit
dominus deus. Ecce ego assumam filios
israel de medio nationum ad quos
abierunt. et congregabo eos un-
diuersimodum et adducam eos ad humum
suam. et faciam eos gentem u-
nam in terra in montibus israel.
et rex unus erit omnibus im-
perans. et non erunt ultra due
gentes. nec diuidentur amplius
in duo regna. neque polluentur
ultra in idolis suis. et abo-
minationibus suis. et in cunctis
iniquitatibus suis. et sal-
uos eos faciam de uniuersis
sedibus suis. in quibus peccauerunt.
et mundabo eos. et erunt michi
populus. et ego ero eis dominus.
et seruus meus dauid rex super
eos. et pastor unus erit omnium
eorum. In iudicijs

meis ambulabunt. et manda-
ta mea custodient et facient
ea. et habitabunt super terram quam
dedit seruo meo iacob. in qua ha-
bitauerunt patres uiri. et habi-
tabunt super eam. ipsi et filii eo-
rum usque in sempiternum. et da-
uid seruus meus princeps eorum
in perpetuum. Et partiam illis fe-
dus pacis. pactum sempiter-
num erit eis. et fundabo eos et
multiplicabo. et dabo sanctifica-
tionem meam in medio eorum in
perpetuum. Erat tabernaculum.

7 filij
filiorum
eorum

Et factus est sermo domini
ad me dicens. Fili hominis.
pone faciem tuam contra gog et
terram magog principem capi-
tis mosoch et tubal. et uaticina-
re de eo. et dices ad eum.
Hec dicit dominus deus. Ecce ego ad-
te gog. principem capituli mo-
soch et tubal. et circumagran-
te. et ponam frenum in maxillis
tuis. et educam te et omne ex-
ercitum tuum. equos et equites ue-
stros loricas uniuersos. multi-
tudinem magnam. hastam et clipe-
um accipientium et gladium.
Perse ethiopes et libies cum eis.
omnes scutati et galeati. go-
mer et uniuersa agmina eius.

meum in eis. et ego ero eis dominus. et
ipsi erunt mihi populus. et sciet gentes
quod ego dominus sanctificator israel. cum fue-
rit sanctificatio mea in medio eorum
in perpetuum.

tom?

domus thogorma latera aq
lonis. et totū robur eius: po
puliq; multi tecū. **P**repara
instrue te. et omnē multitudi
nē tuā que coaceruata est ad
te: et esto eis in p̄ceptū. **P**ost
dies multos uisitaberis: ino
uissimo annoꝝ uenies ad ter
ram que reūsa est a gladio. **A**
gregata est de pplis multis: ad
montes isrl' qui fuerūt deserti
iugē. **H**ec de pplis educta est: et
h̄itauerunt in ea. **A**scendens autē quasi tē
pestas uenies. et quasi nubes
ut opias t̄ram: tu et om̄ia ag
mina tua. et ppli multi tecum.
Hec dicit dñs d̄s. **I**n die illa as
cendent sermones sup cor tuū:
et cogitabis cogitationē pesti
mā et dices. **A**scendā ad t̄ram
absq; muro. ueniā ad quies
centes q; secure h̄itantes: om̄s
hi h̄itant sine muro. uectes et
porte nō sunt eis: ut diripias
spolia et iuadas p̄dam. et in
feras manū tuā sup eos qui
deserti fuerunt et postea restituti:
et sup pplim qui est congregatus
ex gentib; . qui possidere cepit et
ē h̄itatorū ubilitate. **S**eba et de
dan. et negotiatores tharsis.

et om̄s leones eius dicēt tibi.
Nunquid ad sum̄da spolia tu ue
nis: **E**cce ad diripiendā p̄dā
congregasti multitudinē tuā: ut
tollas argentū et aurū. et au
feras supellectilē atq; substan
tiam: et diripias manubias
infinitas. **P**ropterea uaticina
te fili hominis: et dices ad gog.
Hec dicit dñs d̄s. **N**unquid non
in die illo cū h̄itauit pplis mis
isrl' confident. scies et uenies de
loco tuo a laterib; aquilonis.
tu et ppli multi tecū. ascenso
res equoꝝ. uniuersi cetui mag
nus et exatus uehemens: et
ascendes sup pplim meū isrl' q̄
nubes: ut opias t̄ram. **I**n no
uissimis dieb; eris. et adducā te
sup t̄ram meā: ut sciant gen
tes me cū sāficatus fuero in te
in oculis eoz o gog. **H**ec dicit
dñs d̄s. **T**u ergo ille es de quo
locutus sum in dieb; antiq̄s.
in manu seruoꝝ meoꝝ p̄phe
taz isrl': qui p̄phetauerunt
in dieb; illoꝝ tempoꝝ. ut ad
ducerē te sup eos. **E**t erit in
die illa: in die aduentus tui
gog sup t̄ram isrl' ait d̄s.
Ascendet indignatō mea i fu
rore meo. et in zelo meo. **J**ig

ne ue mee locutus sū: quia i
die illa erit cōmotio magna
sup t̄ram isrl: et cōmouebūt
a facie mea pisces maris et
uolucres celi. et bestie agri:
et om̄e reptale qd̄ mouet sup
humū. cunctiq; hom̄ies qui
sunt sup facie terre: et subū
tentur montes ⁊ cadent sepes.
et om̄is murus in t̄ram cor
ruet. **E**t uocabo adūsus eū
in cunctis montib; meis gla
diū. ait dñs d̄s. Gladius u
niuscuiusq; in fr̄em suū diri
getur: et iudicabo eū peste ⁊
sanguine et umbre uehementi.
et lapidib; imensis. Ignē et
sulphur pluam sup eum. et
sup exercitum eius. et sup po
pulos multos qui sunt cū e
o. **E**t magnificabor et sāfīca
bor. et notus ero in oculis gē
tium multarū: et scienc̄ q̄a
ego dñs.

U autē fili hom̄is: ua
tānate adūsus gog:
et dices. Hec dicit dñs deus.
Ecce ego sup te gog. p̄ncipē
capitis mosoch et tubal: et
circūagam te et ducam te. ⁊
ascēderē te faciam de lacrib; a
quilonis: et adducā te super

montes isrl. **E**t percutiā arcū
tuū in manu sinistra tua: et
sagittas tuas de manu dext̄a
tua eiciam. **S**up montes isrl
cades tu et om̄ia agmina tua
et ppli qui sunt tecū. **F**eris. a
uib; om̄iq; uolatu ⁊ bestijs c̄
te dedi te ad deuorandū. **S**up
facie agri cades: quia ego locu
tus sum ait dñs d̄s. **E**t imet
tā ignem in magog. ⁊ in his
qui h̄itant in insulis. ⁊ scienc̄
quia ego dñs d̄s: et
notū sc̄m meū notū faciā in
medio ppli mei isrl. **E**t non
polluā nom̄ sc̄m meū āplus.
et scienc̄ gentes quia ego do
sc̄us isrl. **E**cce uenio. ⁊ factū
est: ait dñs d̄s. **H**ec est dies
de qua locutus sum. **E**t egre
dient h̄itatores de ciuitatib;
isrl: et succendent ⁊ cōburent
arma. clipeū et hastas arcus
⁊ sagittas. et baculos manū.
et contos: et succendent ea igni
septē annis. **E**t nō portabūt
ligna de regionib;. neq; succi
dent de saltib;: qm̄ arma suc
cendent igne. **E**t dep̄dabunt
